

# IN S. HILDEFONSI OPERA MONITUM PRÆCIPUE IN LIBRUM DE PERPETUA DEIPARE VIRGINITATE.

In Editione operum sancti Hildefonsi eum ordinem servare constituimus quem illorum auctor, teste sancto Juliano, vivens illis præfixit. Et quorum catalogo multa a nobis desiderantur, cum tamen omnia quæcumque potuerint, summa diligentia hinc inde collegerimus. Libri Prosopocœi imbecillitatis proprie, et duorum opuscelorum Annotationum actionis diurnæ, et Annotationum in sacris, nullum omnino vestigium reperimus. Epistolarum non amplius duas, quas ex emendatori E. Martene Editione repræsentamus. Sermones perpancos, quos probabilitate Hildefonso nostro viadicare valeamus. Hymnorum, versuum, epitaphiorum, atque epigrammatum, que quartam operum partem componebant, ne hilum quidem.

Præter hæc, quæ sanctus Julianus commemorat, damus tanquam genuinum Hildefonsi opus supplementum ad librum de Viris illustribus a sancto Isidoro incepsum. Deinde alia varia opuscula dubiae fidei, reliqua in Appendicem amandantes, quæ in amerito sancto doctori ascribuntur, de quibus suis locis aliqua præloquemur.

Verum omnia sancti Hildefonsi operum caput, quodque primum summo jure locum obtinet, hoc est quod aunc exhibemus, de perpetua Deipare Virginitate contra tres infideles inscriptum. Liber aureus nunquam pro dignitate commendandus, cuius laus, si vel reliqua monumenta periissent, poterat Hildefonsi suavissimam memoriam cum maxima pietatis et doctrina admiratione ad omnem futurorum seculorum posteritatem transmittere.

Dicitur scriptus δέ τις τρία άνθρωποι, hoc est, adversus tres infideles, quorum nomina prodidit Hildefonsus, Helvidium, Jovinianum, et Judæum. Sed utrum his nominibus ipsoe hæresiarchas qui sæculo iv vixerunt, significare voluerit, an vero eorum discipulos, qui tunc per Hispaniam virus suum spargerent, Virginis Deipare perpetuam integratem negantes, omnino nobis exploratum non est. Placet primum nonnullis, qui cum ipsa nominum expressione moventur, tum Quirici Barcinonensis episcopi verbis in epistola prima ad Hildefonsum, in qua multa in doctrina ipsius zeliisque commendationem habet, ipsi propter hunc libellum ad se missum gratias agens, nihil tamen scribens, quod indicet Hildefonsi negotium cum præsentibus hæreticis fuisse. Itaque concludunt, ex ardentissimo erga Deiparam affectu, desiderioque ejus perpetua virginitatis extollenda calamum arripuisse, superiorum hæreticorum commentaria sibi tantum in animo proponentem, quasi cuperet cum Hieronymo, Ambrosio, Augustino, ceterisque Patribus, qui data opera eos acriter impugnarunt, symbolam conserre in Deipare Virginis obsequium.

Alli contra censem Hildefonsum non gratis ad hoc opus se accinxisse, nec nisi ab illius temporis adversarii antea provocatum, qui in Hispaniam erumpentes novi impiorum magistrorum discipuli putidas adversus Deipare virginitatem calumnias disseminaverant, quibus et nos libenter assentimur. Neque enim credibile est Hildefonsum solius acuendi in hæresim stylis gratia eam quasi e tumulo excitaturum fuisse,

A horrendas ac inauditas apud nos blasphemias, etiam ut eas valide retunderet, non sine piarum aurum offensione reproducendo, quod quidem temere factum fuisse videtur; deinde rem ut nos putamus accidisse narrat Rodericus archiep. Tolet., lib. 2 de Reb. Hisp., cap. ult., his verbis: « Hujus tempore cum Helvidius et Pelagius (erravit in hoc Pelagium pro Joviniano scribens, ut habent communiter Codices mss. de Virginitate) a Galliis venientes, plerasque partes Hispaniæ infecissent, virginitatem beatæ Virginis infamantes, beatus Hildefonsus illis occurrentes sacrarum Scripturarum testimoniis, et lingua melliflua, et gratia in labiis suis diffusa, eorum dogmata confutavit, et ab Hispania confusos abegit. » Cui consonat historia translationis reliquiarum e Toletō in Asturias incerti auctoris, qui inter alia pallium recessens a beata Virginis Hildefonso donatum, fuisse ait mercedem « pro laudibus in honorem sancte ipsius virginitatis celebratis, ubi ipse sanctus episcopus glorus contulit adversus Heliudum, et Lobiniatum, » ut mendose edidit Sandovalius pro Helvidium, et Jovinianum.

B Præter hæc nos movent illa verba a sancta Leocadia in apparitione, quam narrat Cixila, pronuntiata in laudem Hildefonsi: « Vivit Domina mea per vitam Hildefonsi. » (A Leocadie quidem prolata dicimus, non a populo, non ab ipso Hildefonso, ut quidam interpretati sunt alicuius Codicis auctoritate decepti, qui mendose habet *ipse amplexans*, pro *ipsa*, contra aliorum Codicum fidem, contra antiquissimam ipius Ecclesiæ Toletanæ intelligentiam, contra veterum Scriptorum et Breviariorum testimonia, denique contra genuinum ipsorum verborum sensum, quæ nihil in ore populi sonant, impropre in ore Hildefonsi significant propter jusjurandum illud *per vitam Hildefonsi*, et *Domine* compellationem Leocadiæ tributam, apertissime vero et opportune in ore sanctæ Leocadiæ, quæ in Hildefonsi commendationem coram suo grege ea protulerit, qua de re videndum P. Florez, in app. 8 ad tom. V.) Ut vero ad nostra redeamus, verba illa, *vivit Domina mea*, Maria scilicet, ut edidit Mabillonius ex suis Cod., satis indicant opera Hildefonsi factum fuisse ut fides perpetua virginitatis, et pia erga Deiparam devotione in cordibus fidelium revivesceret, in quibus illis temporibus vel languebat, vel emortua erat propter venenatas hæreticorum opiniones, quas suis scriptis penitus profligavit. Eamdem verborum istorum interpretationem sæculo jam xiii exhibuit Rodericus Cerratensis in Vita superius edita. Quod si non cum præsentibus hæreticis rem habuisset, fides vero de perpetua Deipare virginitate in Hispania viguisset, non erat certe quare diceretur, per illum quasi ex morte ad vitam fuisse revocatam.

Ergo arbitramur fuisse tunc homines impios et in Dei genitricem blasphemos, antiquorum errorum sectatores, quos sub larvato suorum antesignanorum nomine Hildefonsus hoc libello insectatuit; simul autem totam Judeorum gentem, cuius notissima est in Mariæ virginitatem invidia, sub uno Judei nomine etiam delendam ac prosternendam suscepisse. Et vero unumquemque suo telo confudit: primo capite

Jovinianum, ostendens Mariam quæ virgo, ut fatebatur, conceperat, virginitatem in partu non amisisse; secundo Helvidium, evincens post partum toto vitæ tempore virginem permansiisse; tertio denique et sequentibus Judeum, qui integratatem perpetuam in puerpera respuebat, innumeris Scripturie testimoniis atque omni argumentorum genere insequitur, priores iuterim hostes quos singulatim jam debellarat, novis usque ad exterminium et deletionem vulneribus conficiens.

Dictus etiam a nonnullis hic liber Synonymorum, stylum quo conscriptus est hoc nomine indicantibus. In eo vero carpitur a quibusdam, qui cuperent sanctum doctorem ad severas rhetorices leges minutissimasque bene dicendi regulas singula verba exigisse. Sed optaremus nos ut in SS. Patrum scriptis expendendis humaniores sese et indulgentiores præberent, præsertim cum nec Hildefonso exemplum defuerit quod absque reprehensione imitaretur magni Isidori preceptoris sui, qui in libro de lamentatione animæ peccatariorum ex stylo usus est, ideoque Synonymum appellavit; deinde vero prædicta scribendi ratio ad rem non ita importuna censeri debeat. Certe Hildefonsus quasi quodam animi æstu correptus et amore in Deiparam, et justa ira in blasphemos succensi, opportunum fore putavit ad eos acrius urgendo, si infinita illa synonymorum copia super eadem sententia eos oneraret, et quasi obrueret, ut ejus pondere pressi ne mutire quidem adversus veritatem valerent. Hallent enim quam nescio vim conglobata verba atque sententiae, quæ instar torrentis rapidissimi ac precipitis omne regnulum superant, omnia dirunt, et quæcumque offendunt secum involvunt.

Istaque animi inflammati devotione, ipsaque præsentis argumenti natura Hildefonsum ad eam scribendi rationem adduxerunt, qua in aliis opusculis certe usus non est. Temere ergo asseritur eam fuisse ipsi propriam quodammodo et peculiare, falsisque sunt in eo viri alias doctrissimi, qui propter solam styli diver-

A sitatem, quæ verbis synonymis non abundare deprehenderunt opuscula, continuo Hildefonso abjudicare non dubitarunt.

Ternas hujus operis Editiones hactenus vidimus: unam a Michaeli Carranza Carmelita Valentia Hildetanorum factam anno 1556. nec multo post bis extra Hispaniam recusauit; alteram a Francisco Feu-ardentio ordinis Minerum, theologo Parisiensi, adornatam, Parisiis anno 1570, auctiorem equidem et emendatiorem priore ex collatione veteris ms.; tertiam denique ab Editoribus Bibliothecæ SS. Patrum ex ipsa Feu-ardentii expressam. Quibus omnibus nos quartam correctiore daturos haud dubie promittimus. Cui rei nobis auxilio fuere tres Codices mss., ad quos Feu-ardentii Editionem exegimus. Ex quibus saniores lectiones communis præsertim Codicem suffragio confirmatas in contextum immisimus, rejectis vulgatis: reliquas variantes ad imam oram adnotavimus.

B Codices vero quibus usi sumus hi sunt. Primum omniumque vetustior c. rnobii Toletani FF. Calceatorum ordinis sanctissimæ Trinitatis, in cuius tabulario asservatur, anno 1067 conscriptus a Salomone archipresbytero sanctæ Ecclesie Toletanae sub Paschali eiusdem archiepiscopo, cuius presulatus cum mentionem faceret P. Florez tom. V Hispanie sacre, hujus Codicis post Nicolaum Anton. notitiam exhibuit. Alter est ex bibliotheca sanctæ Ecclesie Toletanae saeculo XII, aut XIII, quantum ex charactere concipiimus, exaratus. Tertius denique ex ipsam Bibliothece, sed ex Gallia asportatus, ubi jussu cardinalis Amelii, saeculo XIV, ex vetustissimo Codice Gotescalci exscriptus fuit et quidem accuratissime; namque ceteros et membrana, et charactere, et emendatori scriptura, longe superat. Continet autem, præter hunc de Virginitate Deipara librum, cetera quæ Feu-ardentii Editio jam citata complectitur, nempe libellum de partiture beate Virginis, et sermones nonnullos. Sed de his suo loco.

## S. HILDEFONSI

EPISCOPI TOLETANI

## DE VIRGINITATE PERPETUA SANCTÆ MARIE

ADVERSUS TRES INFIDELES

## LIBER UNICUS.

### INCIPIT

#### ORATIO ET CONFESSIO S. HILDEFONSI.

Deus lumen verum, qui illuminas omnem hominem vestistem in hunc mundum. Deus qui das sapientiam

\* *Justificas sine opere peccatorem.* Sic habet Parisis Editio Feu-ardentii, qui ex suo Codice supplex sicut alia satis multa, illa verba *sine opere*, que in vulgata Editione desiderabantur. Et nos postquam maturius hunc locum perpendimus, similiter edere constituius; non dubitantes quin si Codicibus mss. habenda est fides, ita scripscerit sanctus doctor Hildefonsus; omnes enim quos quidem videbimus, ea de re nos admonent. Siquidem in Codice conventus Tolet. Sanctissimæ Trinitatis saeculi XI, cum e media membrana tota hæc periodus erasa fuisse ab imperito aliquo lectore, qui doctrinam a

D parvulis, insipientesque convocas, ut ambulent per viam prudentiæ. Deus qui ex immundo mundum facis, et tollens peccata <sup>a</sup> justificas sine opere peccatorem, da mihi lumen, per quod te videam; da mihi sapientiam, ut te intelligam; da iniquitatibus meis

fide catholica alienam in ea sibi animadvertere visus est; tamen ad membranæ illius oram legitur si non eadem manu, certe charactere Gothicæ persimili scripta, qui proxima illius saeculi tempora redolent. In alio item Codice sanctæ Ecclesie Toletanae recentiori prima hujus tractatus membrana absissa est, quod credimus consulto et data opera factum suis, maxime cum reliquis integer sit, et ex omni parte sanus. Deinde in Ameliano, qui, ut supra monimus, jussu cardinalis Amelii ex vetustissimo Codice summa diligentia exaratus fuit, clare et aperte leguntur illa verba, *sine opere*. Tandem in Editione

veniam, ut consequar misericordiam tuam. Namque ideo, Domine, vincor amore, impellor dulcedine, trahor dilectione, ut veluti sub prelo dulcedinis effundam vinum sacrae confessionis. Et quia non est substantia honorum operum, sit fructus bonarum confessionum. Quia enim vincula et pressuræ peccaminum, pondus et pericula, exitium et damna urgent animam iniquitati deditam, et quia non est aliud nomen sub celo datum in quo possim salvus fieri, nisi tuum, Christe Jesu Fili Dei vivi, ideo refugium confessionis quæzero, remedium ex confessione deposito, subsidium de amore confessionis imploro, ut ego impius multa te diligam pietate, cum tua pietas meam diluerit multam iniquitatem. Attendant ergo coeli, et omnia quæ in eis sunt; attendat terra, et omnia quæ habentur in ea; attendat mare, et omnia quæ moventur in eo; et audiant me pia confessione credentem esse te Christum Jesum Filium Dei vivi, qui in hunc mundum venisti, non ut judices me, sed ut salves me, ut ego credens in nomine sancto tuo habeam vitam æternam. Sieque omnium creaturarum testimonio confessor inventus, confitear te in coelis, quem confiteri non erubesco in terris. Et ipse me de peccatorum sordibus, omniumque adversitatum impulsionibus eruas; quem a contradictionibus infidelium confessionis mee vindicat fides, vindicator assistas. Audite me itaque cum an-

hujus operis, quam seculo xvi Valentiae Edetanorum curavit Fr. Michael Carranza, desiderantur quidem, sed locus verborum asterisco notatur, qui indicaret legentibus, et ipsum Carranzam in MSS. quibus in opere edendo usus est, eamdem lacunam reperisse. Facinus indignum! quod mirari quisque desinet, cum ad superiora secula converterit animum; forsitan enim ab hominibus magis religiosis quam doctis commissum est, ne ansam inde quis male feriatus arriperet ad errore confingendum, in malum sensum illa verba detorquens, quasi homines per solam fidem sine ulla alia dispositione, aut bono opere justificari posse dixisset Hildefonsus, qui postea unus ex Calvinianæ hæresee articulis fuit. Sed quando id Carranzæ temporibus aliquis daretur, nos certe nunc non videmus quare dissimulare oporteat, et non potius veritati aperte litare, maxime cum Hildefonsi verba in catholico et sano sensu pronuntiari posse, et accipi debere, nemo existat in theologicó studio versatus qui non vel prima fronte videat.

Enimvero peccatoris justificatio, sive ejus initia contemplemur, cum Deus per gratias suas actuales cor hominis emollire ac præparare incipit, sive ipsam dum per gratia sanctificantis infusionem perficitur, spectemus, semper est omnino gratiosa, adeoque non ex hominis operibus; alioquin, ut ait Apostolus (*Rom. xi*), *gratia jam non est gratia*. Hoc igitur sensu Hildefonsi sententiam interpretari debemus. Et vero si de inicio justificationis accipiatur, illud *sine opere* omne opus hominis sive naturale, sive supernaturale, excludit, quod adversus Pelagium dictum fuerit, qui liberi arbitrii viribus naturalibus tantum tribuebat, ut assereret posse hominem propriis naturalibus meritis primam gratiam præmereri. Si tamen

#### VARIANTES

<sup>1</sup> Veram hujus periodi lectionem ex nostris Cod. mss. Trin. et Amelian. restituimus. Sic enim in vulgata Feu-ard. legebatur: *Quod si..... indiscretum errantemque, dum tractantis intentio iltuc casu ali-*

A tiquitatis auctoribus, o Moyses, antiquiora loquens; cum prophetis, Isaia, potentiora vaticinans; cum evangelistis, Matthæo, prima pronuntians; cum apostolis, electe Petre, insigniæ predicans, intra omnem Ecclesiam Dei felicium turba doctorum vera dicens, atque salutaria disserens, hæc me pro certo eredere, quæ credenda intenditis prædicare; hæc me piissime confiteri, quæ ipsi veraciter confitemini; hæc me et ipsa nuntiare, quæ annuntianda docetis. Audite me his posse quibus possum veram obedientiam dare, quibus toto posse universam Ecclesiam Dei decernitis obedire. Unde quia credidi, propter hoc loquar; quia audivi, non tacebo; quia diligo, annuntiabo; nihil per contentionem et inanem gloriam in omni mea propositione insinuans, nihil in contradictionem B sanctæ veritatis instituens, nihil quod subvertat, sed quod aut inveniat, aut reseret veritatem intendens. <sup>1</sup> Quod si, quod abundans miseratio divinæ pietatis avertat, indiscretum errabundumque tractantis intentio illic casuali, vel imperito scribentis conatu deduxerit hebetantem, ubi aliter verum sanæ scientie lumen, verum docentium exemplum effulserit, gratus obedio, devotus assentior, citus occurro. Nihil profanum in confessione habens, nihil alienum a pietate, quæ Deus est, tenens, nihil quod unam et sacram fidem impugnet, in omni præcoridiorum abdito serens, nihil prorsus quod divinis

C de perfecta justificatione exponatur, eo sensu locutum fuisse dicemus, quo Apostolus (*Rom. iii*): *Justificati gratis per gratiam ipsius*. Et (*Tit. iii*): *Non ex operibus justitiae, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit*. Viden' ut secundum Apostolum *justificamur gratis, et non ex operibus?* Quid ergo? Nullumne opus nostrum, nulla fides, nullus spei actus, nulla delictorum pœnitentia ac de-testatio nostram justificationem præcedere debet? Minime. Quid ergo est, quod *gratis*, quod *sine operibus* ad justitiam pervenire dicimur? Audi concilium Tridentinum, sess. 6, cap. 8: « *Gratis justificari a Deo dicimur, quia nihil eorum quæ justificationem præcedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promeretur.* » Eodem sensu interpretatus antea fuerat illa verba Pauli divus Thomas in expositione illius Epistole. « *Primo ostendit, id est, scribit Doctor Angelicus, quod hujusmodi justificatio est sine lege, id est, quod non est ex operibus legis. Cum dicit *justificari gratis*, id est sine merito præcedentium operum.* » *Isaiae lii: Gratia venundati estis, et sine argento redimemini.* In eudem sensu intelligenda sunt illa verba psalmi LV (*Vers. 8*): *Pro nihilo salvos facies illos;* id est, non proprio merito, sed Dei clementia, ut exponit sanctus Hieronymus (*Dialog. 2 contra Pelagianos, versus finem*). Multimus innumeris alia sanctorum Patrum testimonia, presertim divi Augustini in hanc sententiam; nec enim dissertationem scribere meditamus, sed tantum aliorum exemplis Hildefonsum nostrum ab invidia vindicare, quam apud imperitos rudesque hic loquendi modus creare illi potuit. Quibus omnibus lectores intelligent non levibus momentis adductos hanc nos lectionem retinuisse, quam nefas putavimus rejicere contra omnium Codicum mss. fidem.

#### LECTIONES.

*quo, vel imperitus scribentis conatus me deduxerit hebetantem, ubi aliter..... vere docentium exemplis effulserit, etc.*

rebus obviet, nihil quod sanctis sacramentis obsistat, **A** nihil quod sacris mysteriis aduersetur. Non ergo me prælatus contemnat, non mihi æqualis deroget, non mihi subditus insultet, non me quis de domo lacesset, non me de foro detractet, non religiosus susurret, non popularis immurmuret, non adolescentem senex abnuat, non coœvum juvenis aspernetur, non minorem natu ætas sera derideat, non doctus exprobret, non ignarus abjiciat, non potentior repellat, non humilior avertat, non discipulus molestet, non famulus convexet, non ætas calumniatur, non sexus causetur. Manet enim veritas in æternum. Vivit quod verum est. Non desinit quod a vero procedit. Falso non-decidit verum. Fallaciis non vincitur veritas. Falsis non commutantur quæ vera sunt. Et si fallaciarum umbris obtegatur veritas, revelabit quæ vera sunt abdita veritas. Quod enim falsum est non stabit, quod verum est non deficiet, quod extra veritatem est cassum erit, quod a veritate procul est inanescet, quia veritas Deus est, et quæ Dei sunt vera sunt, et quæ ex Deo sunt sola veritate subsistunt. Inde qui Dominum annuntiat, veritatem enarrat. Qui de Deo vera dicit, veritatis cognitionem pandit. Qui ea quæ vera sunt asserit, veritatis jura defendit. Qui veritatem amplectitur, Dominum diligit. Qui veritatem facit, Dei voluntatem adimpleret. Deus certe occulta novit, Deus absconsa cognoscit, Deus abdita penetrat, Deus perscrutatur occulta. Proinde novit qui depravat verum, scit qui immutat veritatem, intelligit qui veritatem minuit, in aperto sapit qui veritatem extinguit. Veniet prorsus, veniet, nec longe est. Veniet de proximo, veniet e vicino. Sed cum exarserit in brevi, cum venerit in maiestate, cum fuerit in circuitu ejus tempestas valida, cum ante eum precesserit ignis, tunc beati omnes qui illum veraciter diligunt, beati qui de illo vera dicunt, beati qui veritatem non spurnunt, beati qui faciunt in veritate justitiam, beati qui custodiunt in veritate judicium, et beati omnes qui confidunt in eum. Judex enim veniet, districtus occurrit, metuendus aderit, terribilis apparebit. Omnia ergo prospectant, omnia intendant, omnia considerent, me ex toto corde, ex tota anima, ex tota virtute, ex totis præcordiis, ex totis visceribus, ex eo quod sapio, ex eo quod enarro, ex eo quod intelligo, non aliud quam veritatem inquirere, non aliud quam veritatem diligere, non plus aliud quam divinam veritatem inquirere, non aliud quam Deum et quæ Dei sunt vendicare; solis adversariis Dei resistens, solis profanatoribus et profanationibus cunctis ob-

## VARIANTES

- <sup>1</sup> Vulgata Feu-ardentii, atque dominatrix.
- <sup>2</sup> Ita omnes Cod. mss. nostri; Feu. vera et digna habet hic et immediate.
- <sup>3</sup> Codex SS. Trinitatis habet quacumque sunt diligam.
- <sup>4</sup> Enim est deest in Tr.
- <sup>5</sup> Ita omnes Cod. nost. Feu., annuntiatione.
- <sup>6</sup> Et deest in Tr. et Am.
- <sup>7</sup> Neuter horum habet ab angelo.
- <sup>8</sup> Quæ sequuntur verba usque ad finem periodi

vius existens, solis contradicentibus veritati amore veritatis adversans. Hæc ago, ut cum vita ista (quæ tentatio est super terram) fatigaverit ægrum, veritas illa quæ Deus est, tegat salvandum, et in sæcula sæculorum possideat vivitrum. Amen.

## CAPUT PRIMUM.

Synonymorum torrente contra Jovimanum ostendit beatissimam Dei matrem in conceptu et partu virginem permansisse Dei dono, atque gratia singulari.

**B** O Domina mea, <sup>1</sup> dominatrix mea, dominans mihi, mater Domini mei, ancilla Filii tui, genitrix factoris mundi, te rogo, te oro, te queso, habeam spiritum Domini tui, habeam spiritum Filii tui, habeam spiritum Redemptoris mei, ut de te vera et digna sapiam, de te <sup>2</sup> vera et digna loquar, de te vera et digna <sup>3</sup> quæcumque dicenda sunt dicam. Tu <sup>4</sup> enim es electa a Deo, assumpta a Deo, advocata a Deo, proxima Deo, adhærens Deo, conjuncta Deo; visitata ab angelo (*Luc. 1*), salutata ab angelo, benedicta ab angelo, beatificata ab angelo, turbata in sermone, attonita in cogitatione, stupefacta in salutatione, admirata in dictorum <sup>5</sup> ennuntiatione. Invenisse te apud Deum gratiam audis, <sup>6</sup> et ne timeas juberis, fiducia roboraris, cognitione miraculorum instrueris, ad novitatem inauditæ gloriæ proveheris. De prole <sup>7</sup> ab angelo pudicitia admonetur, de nomine prolis virginitas certificatur, <sup>8</sup> et post fetum integra et pudica manes. Nasciturum ex te sanctum, <sup>9</sup> Dei Filium vocitandum tibi ab angelo evangelizatur, et quæ sit nascentis regis potentia, mirabiliter intimatur. Quomodo fiet quæris, de origine interrogas, <sup>10</sup> de ratione perscrutaris, de experientia requiris, de ordine sciscitaris. Audi inauditum oraculum, considera inusitatum opus, animadverte incognitum arcanum, attende invisum factum. Spiritus sanctus superveniet in te, et <sup>11</sup> Altissimi virtus obumbrabit tibi (*Luc. 1*). Tota invisibiliter Trinitas conceptionem operabitur in te. Sola persona Filii Dei <sup>12</sup> in corpore nascitura carnem assumet de te. Ideoque quod concipiatur <sup>13</sup> in te, quod nascetur ex te, quod prodiet ex te, quod generabitur ex te, quod parturietur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Erit <sup>14</sup> enim hic magnus, erit hic Deus virtutum, hic rex omnium sæculorum, hic factor omnium rerum. Ecce beatam tu inter mulieres, integra inter pueras, domina inter ancillas, regina inter sorores. Ecce enim ex hoc beatam te dicent omnes <sup>15</sup> generationes, beatam te neverunt <sup>16</sup> omnes coelestes virtutes, beatam prædicant omnes vates, beatam

## LECTIONES.

desiderantur similiter in utroque Cod.

<sup>9</sup> Uterque Codex: *Dei Filius vocitandus dicitur, et quæ sit nascentis potentia, etc.*

<sup>10</sup> Tr., de ratione originis.

<sup>11</sup> Feu., in corpore tuo, quod non habet Tr. nec Am.

<sup>12</sup> In te omn. nost. Feu., ex te

<sup>13</sup> Tr. et Am. non habent enim.

<sup>14</sup> Tr., gentes.

<sup>15</sup> Te et omnes non habent nostri Cod.

celebrant omnes nationes. Beata tu fidei meæ, beata tu animæ meæ, beata dilectioni<sup>1</sup> meæ, beata præconiis et prædicationibus meis. Prædicem te donec prædicanda es, diligam te donec diligenda es, laudem te donec laudabilis es, serviā tibi donec serviendum est gloriæ tuzæ.<sup>2</sup> Tu accipiens solum Deum, postrema Filio Deo. Tu generans simul Deum et hominem prima homine Filio. Cui ia suscipiendo tantum hospes Deus, cui ia concepiendo incola homosimul et Deus. In præterito munda Deo, in præsentí plena homine et Deo, in futurø generans hominem et Deum;<sup>3</sup> et fetu et virginitate lata, et prole et pudore gavisa, et filio et sponso fidelis. Ita servans filio fidem, ut ne ipse quidem carnis suæ noverit genitorem. Ita servans sponso fidem, ut ipse te sine viro noverit genitricem. Tanto gloriabunda in filio, quanto virorum omnium nescia tactu;<sup>4</sup> instructa quid nosse, edoceta quid crederes, certificata quid sperares, roborata quid sine amissione teneres.

<sup>5</sup> Auditu percipe, Joviniane, corde sapito fatue, præcordis cognosce stulte, sensu disce caduce. Nolo pudorem nostræ Virginis corruptum partu causeris; nolo integritatem generatione<sup>6</sup> discerpas; nolo virginitatem<sup>7</sup> exitu nascentis scindas. Nolo virginem genitricis officio prives; nolo genitrici virginalis gloriæ plenitudinem tollas. Si horum unum confundis, in toto confusus es. Si hæc concordantia nescis, a<sup>8</sup> concordia veritatis ipse privatus es. Si hæc discordantia causaris, semper discors justitiae inventiris. Si Virgini nostræ aut generationem, aut integritatem admis, grandi dedecore Deo injuriam facis. Negas enim valuisse incorruptam servare, quem fateris absque corruptione adire virginem potuisse. Negas Deum quod vellat facere quivisse, quem<sup>9</sup> contendis genitricem integrum invenisse, corruptioni deditam reliquisse. Ut ergo asseris, Omnipotens divinitas non profuit virginitati, sed obsuit; quia dum virgineum decus nascendo violavit, summam virginitatem<sup>10</sup> destruxit; ac per hoc ipsum astruis Virginem deturpassæ nascendo, quam decoraverat ipse crean-

do.<sup>11</sup> Hebetescat oro, hebetescat cor talia meditans, obmutescat os talia proloquens, adhæreat lingua talia promens, non aspiret sermo talia narrans. Ecce enim virgo ex Deo, virgo ex homine, virgo attestante angelo (*Matth. 1*), virgo judice sponso, virgo ante sponsum, virgo cum sponso; indubitate virgo, etiam dubitante sponso. Virgo ante filii adventum, virgo post filii generationem, virgo cum filii nativitate, virgo post filium natum. Verbo secunda, verbo repleta, verbo uberrima, verbo partu digna, humana quidem nativitate, humana lege, humano usu, humana conditione, humana veritate, illæsa, incorrupta, inviolata, intemerata, integerrima vere. Divino autem munere, divino favore, divina collatione, divina adinventione, divino dono, divino concessu; novo opere, nova efficacia, nova operatione, novo effectu, novo<sup>12</sup> patratu, cum conceptu virgo, per conceptum virgo, in conceptu virgo, post conceptum virgo; <sup>13</sup> per partum virgo, cum partu virgo, post partum virgo. Virgo cum nascitur, virgo cum nascente, virgo post filium natum. Conjux dicta et virgo, conjux assumpta et virgo, conjux credita et virgo, cum conjugè simul et prole perennis virgo. Ignota semper<sup>14</sup> coniugio, ignota amplexu, ignota tactu, ignota maritali collegio. Et tunc certe, tunc non dubie, tunc vere, tunc veraciter sancta virgo, beata virgo, gloriosa virgo, honesta virgo. Sed post generationem incarnati Verbi, post nativitatem Dei hominis facti, post generationem in Deo hominis assumpti, post nativitatem<sup>15</sup> Deo hominis uniti sanctior C et sanctissima virgo, beatior et beatissima virgo, glorirosior et gloriostissima virgo, nobilior et nobilissima virgo, honestior et honestissima virgo, augustior et augustissima virgo. Sed ne solus tuzæ vesaniæ vepribus hæreas, ne solus spinis tuzæ dementiae saceriaris, ne solus tuzæ recordiæ sentibus coarctaris, ne solus intelligentiæ tuzæ aculeis infigaris, ne solus defensionis tuzæ acumine perimiraris,<sup>16</sup> connectam parem, conjungam parilem, sociabo similem, innodabo coequalem, copulabo talem.

## VARIANTES LECTIONES.

<sup>1</sup> Hoc meæ ter repetitum restituimus ex omnibus Cod. nostris loco nostræ, quod Feu-ard. ex suo D num securi sumus.

honore parentis. Nos Cod. omn. nostrorum testimoniis secuti sumus.

<sup>2</sup> Demum instructa, ita Feu-ard.

<sup>3</sup> Hæc nost. Cod. lectio melior quam Feu-ard.: Audi tu, percipe tu. Et tu exclusimus auctoritate Tr.

<sup>4</sup> Ita Am. et Tr. Feu-ard., decepas.

<sup>5</sup> Per exitum, Feu-ard.

<sup>6</sup> Concordia sine præpositione habet Tr.

<sup>7</sup> Ita omn. Cod., et habebat antiquior Editio; Feu-ard. emendavit, ex suo Cod.; concedis.

<sup>8</sup> Omn. nostri, detraxit.

<sup>9</sup> Ita omnes nost. Non multo aliter Feu-ard.: Obmutescat os..... hebetescat cor; adhæreat fauces, etc.

<sup>10</sup> Ita Feu-ard. Nostri Cod. et antiqua Editio, partu.

<sup>11</sup> Ita nostri Cod. In partu, Feu-ard.

<sup>12</sup> Aliqui, conjugè.

<sup>13</sup> In Deo, Am

<sup>14</sup> Am., conforam.

## CAPUT II.

*Virginitatem in Dei matre confirmat adversus Helvidium.*

Audi ergo et tu, Helvidi, ad me attende impudore, me ausulta impudice, me intuere inhoneste, me conspice inverecunde. Quid<sup>1</sup> impudicus commoveris? quid inverecundus assistis? quid inhonestus accedis? quid sine reverentia occurris? quid sine pudore vexaris? Quare Virginis nostrae principia corruptionis sine coarctas? quam ob rem initia pudoris exitu<sup>2</sup> auctæ procreationis infamas? cur integritatem divinitate<sup>3</sup> sacram humana<sup>4</sup> conventione deturpas? Nolo hujus majestatis vim irrumpas, ne possessionem Dei convexare<sup>5</sup> ausu temerario pertentes, ne mansionem divinitatis<sup>6</sup> noceas presumptione contemptionis, ne domum Domini injuriis corruptionis confodias, ne portam domus Dei, ejus<sup>7</sup> exitu clausam, a quo cunque posse adiri contendas. Virtutum Deus est dominus possessionis hujus. Cœlorum rex est possessor juris istius. Omnipotens est artifex sedis faciens hujus. Solus egressor<sup>8</sup> et custos est porta egressionis hujus. Nemo cum illo ingressus est, nemo<sup>9</sup> egressus; in adiuvando eam nemo socius, in egrediendo nemo sodalis. Qualiter introierit, nemo novit; qualiter<sup>10</sup> exierit, egressio sola cognoscit. Absque veste Deus, ut ita dicam, ingreditur, qui, ut certe dicam, carne vestitus egreditur. Ad domum sui operis venit, carnis tantummodo vestem tulit. Idem qui venerat redit, sed aliter quam incesserat<sup>11</sup>, ipse inde processit. Hanc domum ingrediens non pudoris spolia tulit, sed egrediens integratit<sup>12</sup> ditavit. A Domino quidem erat<sup>13</sup> mundata, sed adventu Domini nondum plena. Nuntiante angelo, fundatoris sui cognovit adventum, et<sup>14</sup> novæ congressionis admiratur accessum; habitarent inesse sibi cognoscit, et qualiter in abilitate agat, plene non penetrat. Verumtamen animi virtutes parat in officia servitutis, defert Dominum<sup>15</sup> debita jura conditionis. Quod ille cœlo præsidens jusserrat, hæc in se recepto ministrat,<sup>16</sup> approbans se Conditoris suo mundam carnem simulque animam preparasse, quæ et spiritualia obsequia carnali filio detulit, et Dominum suæ carnis incor-

## VARIANTES

- <sup>1</sup> Ita Am. Reliqui, *impudicitia*.
- <sup>2</sup> Alii, *actæ*.
- <sup>3</sup> Trin., *sacram*.
- <sup>4</sup> Omnes nostri sic. Feu-ard., *connectatione*.
- <sup>5</sup> Tolet.: *Nolo jus majestatis irrumpas*.
- <sup>6</sup> Sic Amel. Feu-ard., *ausu pertentes*.
- <sup>7</sup> Ita omn. nost. Feu-ard., *audeas presumptione contempnere*.
- <sup>8</sup> *Ejus in exitu* Feu-ard. Nost. omn. sine in.
- <sup>9</sup> Deest et in Amel.
- <sup>10</sup> Omn. nost., *regressus*.
- <sup>11</sup> *Egressus fuit*, Am.
- <sup>12</sup> *Ipse procedit*, nostri.
- <sup>13</sup> Ita omn. nost. Feu-ard., *dotavit*; antiquior Editio, *integritatem dotavit*.
- <sup>14</sup> Omnes nostri cum veteri Editione. Feu-ard., *fundata*.
- <sup>15</sup> Ita nost. omn. Feu-ard., *notam*; antiq. Edit., *novæ congregationis*.

A rupta et incommutabili veritate vestivit. Definito tempore, hunc qui venerat egredi sentit, et placido egressionis ita processu, aliter procedentem insipit, quam accedentem scivit. Suæ carnis veritate hunc videt esse vestitum, et in se sui nitoris ac pudoris integratitam minuisse non sentit; sed potius crevisse<sup>17</sup> cognoscit. In hac regione solitudo Deo tantum et domui; in hac mansione singularitas hospitio tantum et hospiti. Hic locus cum uno tantum<sup>18</sup> adventante cohæret. Hic uterus unius tantum agnitione congaudet, nec alterius viri quam nascentis unius membra cognoscit.

Cum ergo hæc Spiritus Dei per prophetas prædixerit, per doctores firmaverit, per veritatis<sup>19</sup> auctores defendenter, per sæculorum æternitatem consoliderat, quid tu, novi erroris astructor, quid<sup>20</sup> fatuissimus infamator, quid copiose nugis infamas? Quid insanie<sup>21</sup> massa proloqui audes, mussitare contendis, susurrare proponis, garris presumis, ut virginalis uteri illa habitatio Dei, ut Regis virtutum<sup>22</sup> illa nitore pudoris aula clarissima, ut mansio illa Imperatoris cœlestium carnis pudicæ, ut locus gloriosus illius Dei, quem non capit diversitas universæ locorum, post generationem Dei, post incarnationem Verbi, post nativitatem Domini, post ortum Salvatoris, de carneo viro periturae carnis soboles germinaret; de loco vitali ex mortalitatis semi-ne moritura membra produceret; de conclusio-nis horto, qui solum virginitatis insolite florem produxit, spinarum<sup>23</sup> maritalium vepres afferret. C De fonte nascentis virginali egressione signato cœnum maritale decurreret? Opto, opto,<sup>24</sup> ut sepulcrum oris illius dolor cruciet; illius dentes sera concludat; soveam oris ejus immobilitas lingue<sup>25</sup> compleat; concava palati aer subductus evaucet; extrema labiorum aeris crassedo conglutinaet; ne talium verborum fetor erumpat, ne prosecutionis hujus odor aspiret, ne anhelitus loquela susurret, ne vel exilis sonus tinniat, ne verberatus aer vel<sup>26</sup> infandissima verba conformet. Ecce enim insolito modo, insolito usu, insolito ordine, insolito jure, in una persona, in uno corpore, in una conditione, in una ætate, alternat honor matris et virginis, alter-

## LECTIONES.

- <sup>16</sup> Ita Am., cui consonat vet. Editio. Reliqui cum Feu-ard., *debitæ*.
- <sup>17</sup> Omn. Feu-ard., *approbat se*.
- <sup>18</sup> Cognoscit deest in Am. et Tol.
- <sup>19</sup> Omn. nost. Feu-ard., *adnectante*.
- <sup>20</sup> Tolet., *assertores*.
- <sup>21</sup> Am., *infamissimus*. Nos vero totum hunc locum ex omnium Codicum collatione (qui non satis inter se convenient) ita emendandum putamus. Quid fatuissimus infamator gloriæ virginis, quid copiose nugis infamas? Quid infamiae massa prolo-quii audes? etc.
- <sup>22</sup> Tolet. scribit *massa, exterius massam*.
- <sup>23</sup> Trin. et Tol. alii, *illo*
- <sup>24</sup> Am., *mortalium*
- <sup>25</sup> Am. et Tol. habent: *Ut sepulcrum oris illius den-tium sera concludat*.
- <sup>26</sup> Uterque, *per compleat*.
- <sup>27</sup> Omn. nost. Feu-ard., *infantilia*.

nat pudor virginis et matris; alternat in generante A virginitas, alternat in virgine generandi facultas; et neutrum cedit ulli, et utrumque in alterutrum derivatur; et neutrum impeditur ab invicem, et ambo<sup>1</sup> properant sibi. Utrumque servatur in proprio, utrumque transit in alterum, quia ambo unum, quia duo idem, quia diversa idipsum, quia indistinctum accidens, quia indiscretum concurrens, quia indifferens superventum<sup>2</sup>. Non matrem virginitatis deserit decus, nou virginem maternus impedit partus; et virginem nobilitat foetus, et matrem habet pudor virginus. Sicque matris et virginis nomina nullis dissociata sunt casibus, nullis impedita difficultatibus, nullis læsa preventibus, nullis dubia rebus. Indiscreta utraque, inseparabilia utraque, indissecabile totum, indivisible totum.<sup>3</sup> Accidit aliquando ut esset mater, quæ virgo erat. Advenit ut generaret, que nusquam corrupta usu generis<sup>4</sup> maneret. Adfuit ut parturiret, lege parturitionis ignorata. Occurrerit ut existeret in filio integra, quæ in conjuge non<sup>5</sup> extiterat, diminuta. Sed illud est inestimabile, illud incomprehensibile, illud inenarrabile, illud admirabile, illud inauditum, illud invisum,<sup>6</sup> illud incognitum, illud inusitatum, ut virginitas conceptu clarescat, ut partum virginitas comitetur, ut generatio assignet virginem, ut virginitas probet matrem, matrem quoque ut virginitas glorificet, virginem ut gravitas matris<sup>7</sup> honoret, ut decus maternum virginitas assequatur, ut decus virginum matris secunditate servetur. Ita maternam virgo accipit veritatem. Ita virginis gloria transit in genitricem. Ita nomen genitricis<sup>8</sup> accedit in virginem, ita pudor virginis manet in matre. Sic ergo accidit, sic<sup>9</sup> evenit, sic adfuit, sic occurrit, ut si matrem quærar, virgo est; si virginem quærar, mater est; si prolem quærar, virginis est; si pudorem quærar, matris omnino est. O virtutum omnium Deus! o creaturum omnium Deus! o factor omnium Deus! o mirabilium auctor omnium Deus! qui cunctis miraculis tuis, universis insignibus tuis, totis mirabilibus tuis, omnibus<sup>10</sup> magnalibus tuis, hoc factum, hoc opus, hoc gestum, hoc actum, miserationis thesauros apereiens, pietatis arcana demonstrans, indulgentiae divitias reserans, clementiae rivos emittens in salutem meam et mundi, in redemptionem meam et mundi, in justificationem meam et mundi, in liberationem

B meam et mundi, fecisti sine loquendi ratiocinatione mirabile, egisti sine rei exemplo singulare, formasti sine comparationis similitudine potentiale, complesti sine consimili æquiparatione vitale, finxisti sine intelligendi consideratione inestimabile, sine oblivione perenne, sine defectu stabile, sine interruptione juge, sine fine laudabile. Per quod error amotus est, per quod languor ablatus est, per quod peccatum delatum est, per quod mors vere delecta est, per quod salus collata, per quod vita concessa, per quod cœlum patescunt, per quod regnum cœlorum promissum est, per quod eundi invenimus viam, per quod assequimur perveniendi veritatem, per quod adipiscimur requiescendi vitam, per quod<sup>11</sup> habebimus perennem tuæ dulcedinis visionem. At nunc jam, B<sup>12</sup> modo jam, in præsenti, in hoc loco, in hoc situ, in hoc momento, et in hoc tempore, et in omnia<sup>13</sup> semper sœculorum.

## CAPUT III.

*Sanctam Mariam ex natione et stirpe Iudeorum esse, ex fide autem et honore, laude et amore, Christianorum. Tandem aliquot prophetarum oraculis probat virginitatem summam oportere cum maternitatis gloria copulari.*

Quid dicis,<sup>14</sup> Iudee? quid proponis? quid astruis? quid objicis? quid<sup>15</sup> objectas? Ecce virgo nostra ex stirpe tua est,<sup>16</sup> ex genere tuo est, ex radice tua est, ex gente tua est, ex populo tuo est, ex plebe tua est, ex natione tua est, ex origine tua est. Verumtamen ex fide nostra est, ex credulitate nostra est, ex ascensu nostra est, ex reverentia nostra est, ex honorisficta nostra est, ex laude nostra est, ex glorificatione nostra est, ex dilectione nostra est, ex amore nostra est, ex prædicatione nostra est, ex præconio nostra est, ex defensione nostra est, ex vindicatione nostra est. Quod enim tibi Spiritus sanctus de illa per prophetas<sup>17</sup> dixit, per oracula ioptimavit, per figuræ innotuit, per præcedentia promisit, per subsequentia complevit, te negante, te non credente, te abniente, te respiciente, te resultante, te blasphemante, ego novi, ego credidi, ego sapio, ego veneror, ego honoro, ego glorifico, ego amplector, ego amo, ego diligo, ego prædicto. Quia me gratia prævenit, fides implevit, misericordia subsecuta est, amor prævexit, et rei hujus gloria exaltavit. Te autem quem persidia avertit, quem pravitas occupavit, quem exicitas adiit,<sup>18</sup> quem error obtinuit, quem obstinatio

## VARIANTES LECTIONES.

<sup>1</sup> Prosperant, Am.

<sup>2</sup> Hunc locum exhibemus, ut est in omn. nost. Cod.; aliter Feu-ard.: *Non virginem maternus impedit partus, et virginem non violat fetus, et matrem nobilitat pudor virginus; et virginem nobilitat fetus, et matrem non violat pudor virginus.*

<sup>3</sup> Accessit, omnes nost.

<sup>4</sup> Manet, Tol. et Am.

<sup>5</sup> Ita Am. et Tol. Barbare Feu-ard. et alii, existent.

<sup>6</sup> Illud incognitum supplevimus ex Am. et Tol., in ceteris desideratur.

<sup>7</sup> Ornet, Tol. et antiq. Editio.

<sup>8</sup> Accedit in virginem, omn. nost. Prosequitur autem Tol.: *Ita pudor virginus manet in matrem.*

<sup>9</sup> Ita Trin. et Tol. Alii cum Feu-ard., venit.

<sup>10</sup> Omn. nost. Feu-ard., magnaliis.

<sup>11</sup> Omn. nost. cum veter. Edit. Feu-ard., habemus.

<sup>12</sup> Modo jam non habet Feu-ard., sed in Cod. nost. nullo desiderantur.

<sup>13</sup> Semper habetur in Am. et Tol., deest in alijs.

<sup>14</sup> O Judee scribit Feu-ard., non ita nostri.

<sup>15</sup> Oblectaris, Am. et Tol.

<sup>16</sup> Ex genere tua, et infra, ex populo tua habet Feu-ard. contra omn. nost. Cod. consensum.

<sup>17</sup> Omn. nost. Feu-ard., predixit.

<sup>18</sup> Ita edimus ex communi nost. Cod. suffragio. Feu-ard. edebat: *Quis error... Quæ obstinatio.*

injuravit, dico, quare non credis in genere tuo pueroram virginem? Quare non credis sine viro virginem concepisse? Quare non credis proprium virginem gestare filium? Quare non credis sine viro virginem manere post partum? An illo mendacii genere illinitus, illo primævæ perfidiae veneno crapulatus, illo parentalis fallaciæ argumento confusus, illo infidei persecutionis astu perversus, illo antiquæ pertinaciæ munimento firmissimus, in sacris litteris adolescentulam, et non virginem parere posse causaris? Plane mentiris, fallis et falleris, falso criminaris, falso impetis, falso proponis, falso contendis, falso arguis, falso defendis. Si enim, ut ait, juvenula et non virgo parere posset, quid significaret Dominus (*Isai. vii.*)? quid miraculi daret? quid admirabile demonstraret? quid inusitatum ostenderet, si juvenula pareret quod consuetudinis erat; si puella pareret, quod ætatis erat; si adolescentis semina parturiret, quod teneritudinis erat; si non impar matrimonio pareret, quod naturæ simul et temporis erat? Cujus interdum maxima cura de sponsorum manet electione sollicita? cuius mens de futurae conjunctionis est exspectatione peranxia? Cujus vota sunt secundum sodalium experientiam non incerta? Sed vere illud esse signum, si virgo pareret, et integra esset. Illud efficeret novitatem, si virgo parturiret, et pudore nitesceret. Illud haberi admiratione condignum, si virgo generaret et incorrupta concisteret. In illo ostendit miraculum, si in humana conceptione fieret, quod humana natura nesciret. In illo dari signum, si nulli maritata viro, fieret pariens virgo. In illo rei stuporem fieri, si semina et virginibus simile et maternis inserviret officiis. In illo facti admirationem peractam iri, si uno mulier tempore lætaretur præniis simul et pudoris et prolis. Ut ergo noveris in signo concepisse hanc feminam, non in usu; in admiratione, non in conventione fetosam existere; in novitate miraculi, non in vetustate parere conjugali; in incorruptione virginea secundari, non in foedere nuptiali; Dei mater est, sed propter incarnationem Verbi; Dei genitrix est, sed propter assumptionem hominis; Dei administratrix est, sed propter quod idem subditus erat parentibus suis; Dei nutrix est, quia hujus nutricii reges et reginæ nutrices erunt (*Isai. xlix.*). Quoniam iste filius ejus,

## VARIANTES

<sup>1</sup> Sine viro, desunt hæc verba in Tol. et Trin.<sup>2</sup> *Inilitus.*, Tol.<sup>3</sup> *Prosecutionis*, Tol. et Trin.<sup>4</sup> Ita omn. nost. Feu-ard., *fallax es.*<sup>5</sup> Edimus ex unanimi Cod. nost. testimonio. Alter Feu-ard.: *Quod signum, sicut promisit, daret Dominus? Quod miraculum faceret?*<sup>6</sup> Feu-ard. addit: *Quod mirabile fieret?* Contra omn. Cod. nost. qui deinde pro adolescentis, scribunt coalescens.<sup>7</sup> Feu-ard., *de sponsi... dilatione.* Nost. omn. ut edimus.<sup>8</sup> *De sodalium experientia.* Tol. et Am.<sup>9</sup> Tol. et Am. Feu-ard., *esset.*<sup>10</sup> *Exsistere, ambo iidem;* cæteri cum Feu-ard., efficeret; nos vero efficeret legendum putamus, in modo infinito, sicut cætera verba quæ sequuntur.

Deus et homo est, Verbum et caro est (*Joan. i.*), divinitas et humanitas est, pax nobis, scandalum vobis est; sapientia nobis, stultitia gentibus est (*I Cor. i.*). Inde merito humana referuntur ad Deum, et quæ Dei sunt referuntur ad hominem. Inde insolida hominis Dei participatione roborantur, et solida Dei hominis participatione infirmari dicuntur. Inde in imis summa pervenient, inde in summis ima pertingunt, inde insolida solidantur solidis, inde insolita solitis temperantur, inde insolita sublimantur insolitis. Quæ ut vera esse non ambigas, audi sancti Spiritus verba, audi prophetarum oracula, audi <sup>11</sup>vaticinantium dicta, audi veritatis præconia. Isaias: Parvulus, inquit, natus est nobis; filius datus est nobis (*Isai. ix.*). Parvulus idem est Christus, quia homo non sibi, sed nobis est natus; filius datus est nobis, quia utique Deus Filius Dei se dedit incarnari pro nobis. Et ecce homo est, in eo quod parvulus natus est nobis; Deus autem est ipse qui Filius Dei datus est nobis. Item David: Minorasti eum paulominius a Deo (*Psal. viii.*). Is qui minoratus dicitur a Deo, Deus certe æqualis est Deo. Quia in eo quod dicitur minoratus, homo est vere humilis natus. In Psalmis ita Pater <sup>12</sup>de eo, quia Deus est: Ex utero, inquit, ante luciferum genui te (*Psal. cix.*). Quia homo est, alibi dicitur: Quasi de vulva <sup>13</sup>egreditur tibi ros adolescentia tua. Item alibi: Homo factus est in Sion, et ipse fundavit eam Excelsum (*Psal. lxxxvi.*). In hoc quod factus est, humilius homo natus est. In eo quod fundavit eam, excelsus est Deus. Multa quidem et alia, copiosa vere, sufficientia prorsus, abundantia certe, exuberantia plene poteris invenire de duabus naturis in Christi hujus unione connexis: si <sup>14</sup>tamen in illo credas, si illi fidelis existas, si ei fidem veram exhibeas, si illum in veritate confitearis, si illi veram confessionem impendas. Quæ tamen ego ipse ex toto non prætermittens, conjiciens innectam aliqua post paulisper. Cujus ergo tantæ gloriæ et dignitatis est Filius, ut sit in assumpto homine Deus? Audi quanta gloriæ et nobilitatis est genitrix ejus. Hæc in Isaia virga exiet ex radice Jesse (*Isai. xi.*), id est, de genere ejus exorta; <sup>15</sup>virga, quæ florem hunc Christum spirituali tantum infusione sine hominis corruptionis accessione produxit. Item in Isaia hæc sola terra fide aperta, non corruptione, germinare potuit Salvato-

## LECTIONES.

<sup>11</sup> Inserit hic loco Feu-ard.: *Et integra esset. Illud efficeret novitatem, si virgo parturiret, etc.*<sup>12</sup> *Nullo, omn. nost.*<sup>13</sup> *Facto, Am.*<sup>14</sup> Ita Tol. et Am. melius quam *peractam*, quod habet Feu-ardentius.<sup>15</sup> *Propter ministerium humanitatis, quod, etc., Trin. et Tol.*<sup>16</sup> *Quia qui hunc nutrunt reges, et reginæ erunt, Trin.*<sup>17</sup> *Participio, Am.*<sup>18</sup> *Omn. nost. cum antiqua Vulgata. Feu-ard., vaticinacionum.*<sup>19</sup> *De filio, Tr.*<sup>20</sup> *Omn. nost. Feu-ard., egreditur.*<sup>21</sup> *Tantum., Tr.*<sup>22</sup> *Virgo, Tol. et Am.*

rem, rorantibus celis, et nubibus plentibus Justum (*Isai. xlvi*), id est, prophetis prouuntiantibus ejus adventum. Hæc in Ezechiele domus Dei est, cuius pudoris integerrima claustra,<sup>1</sup> ad Orientem consistens porta semper est clausa (*Ezech. xliv*). Quæ neque ante natum, neque post natum hunc filium alterius accessum vel transitum novit. Quia ipse solus Dominus per eam nascendo transivit. Unde et semper est clausa, quia semper est virgo. Hæc virgo in psalmo thalamus Dei est, quia de utero ejus iste incarnatus Deus processit velut sponsus, in ea relicto perennis virginitatis decore<sup>2</sup> mansuro (*Psal. xviii*). Item in Psalmis hæc terra est, de qua veritas oritur, quæ veritas Christus eadem est, et quæ de cœlo prospexit justitia<sup>3</sup> ejus (*Psal. lxxxiv*). Item in Psalmis : Hæc terra fructum suum dedit, id est, Christum nostrum genuit, in quo et benedixit nobis, idem Dominus<sup>4</sup> Deus noster, ut benedicat nobis Deus, et simus benedicti a Deo ter vocabulo repetito.<sup>5</sup> Quem in Trinitate unum Deum omnis terræ metuant fines (*Psal. lxvi*).

## CAPUT IV.

*Hortatur Judæum, ne virginis et matris minuat gloriam, cuius ignominia redundat in prolem. Et quod Virginem adorant omnes celestes virtutes, et confluunt ad eam omnes populi, Judæorum quoque per fidiam obiter ostendit ab antiquis Patribus divinitus prophetatam.*

Sit, rogo, jam, sit, rogo, Judæe, grattissimum tibi tantæ virginis decus in tua cognatione repertum. Sit amabile tante gloriae Virginem in tuo genere inventisse. Sit letum in tua traduce tante pudicitie visum insigne. Sit<sup>6</sup> jucundum in stirpe tantumdem tua patefactum tale miraculum. Ecce impleta est omnis terra per hanc Virginem gloria Dei. Cognoverunt omnes a parvo usque ad magnum per hanc Virginem Deum vivum. Viderunt omnes per hanc Virginem salutare Dei. Rememorati sunt et conversi per hanc Virginem ad Dominum universi fines terræ (*Psal. xcvi*). Adorant in conspectu Filii ejus omnes patriæ gentium : ipsius est filii regnum, et ipse Deus dominabitur gentium (*Psal. xxi*). Cantant omnes ipsi Domino Filio ejus redēptionis suæ canticum novum, quia<sup>7</sup> nascendo de hac Virgine magnalia fecit. Notum fecit Dominus per hanc Virginem salutare suum, et ante conspectum nostrum revelavit hanc justitiam suam (*Psal. xcvi*). Invenerunt per hanc Virginem Deum, <sup>8</sup> qui eum per observantiam legis invenire non potuerunt. Venit per hanc Virginem Deus, et congregatis gentibus et linguis, venimus et vidimus gloriam ejus, quasi gloriam unigeniti a Patre (*Joan. i*). Congregatae sunt omnes gentes in nomine hujus

## VARIANTES

<sup>1</sup> Sunt ad Orientem habet Feu-ard. In nostris omn. deest sunt.

<sup>2</sup> Et mansuro, Edit. Feu-ard. Nos, ut habent omnes Cod. nostri.

<sup>3</sup> Deus pro ejus. Am. et vetus Editio.

<sup>4</sup> Ita omn. nost. Feu-ard., id est Deus, Deus noster.

<sup>5</sup> Quam Trinitatem, Trin. et Am.

<sup>6</sup> Jucundum, Tol. et Am.

<sup>7</sup> In nascendo, Trin. et Am.

<sup>8</sup> Quem, Am.

A Domini<sup>9</sup> in medio Jerusalem, quæ est Visio pacis (*Jerem. iii*), id est, Ecclesia universalis, et non ambulabunt ultra post pravitatem cordis sui. Juravit Dominus in veritate et judicio. Et ecce tali matre progenitorum omnes gentes benedicunt, ipsumque collaudant. Ecce iste Deus fortitudo nostra est. Ad hunc omnes gentes venimus ab extremis terræ, et cum Jeremia<sup>10</sup> dicimus : Vere mendacium possederunt patres nostri (*Jerem. vi*). Ecce in die novissimo hic mons filius virginis hujus præparatus est in vertice montium (*Isai. ii*), id est, elevatus est super Apostolos nostros, et super omnium virtutum ecclesiæ majestates. Confluimus ad eum omnes populi, et properamus gentes multæ. Ascendimus ad hunc Dominum, montem Domini, et ad domum Dei Jacob, B quæ est Ecclesia Dei vivi. Docet nos de viis suis, imus in semitis ejus, quia lex gratia de Sion egressa est, et verbum Domini de Jerusalem. In quo jussum est sanctis apostolis nos omnes in ejus nomine baptizari, et sancto Spiritu adimpleri (*Matth. xxviii*).

De te autem propter cordis tui pessimi obstinationem, propter impuram voluntatem, propter infidam mentem, propter conscientiam malam, propter incredulitatem jugem, propter superbiam veram, propter obedientiam fallacem, propter promissa infidelia, propter fidem<sup>11</sup> inconstabilem, audi Dominum in Deuteronomio proclamantem : <sup>12</sup> Eritis gentes ad caput, incredulus autem populus ad caudam (*Dent. xxviii*). <sup>13</sup> Cui incredulus nisi isti Deo, in humilitate hominis ex hac Virgine nascitur? Item Jeremias : Prævaricatione prævaricata est in me domus Juda, ait Dominus. Negaverunt<sup>14</sup> me, et dixerunt : Non es ipse (*Jerem. v*). Quod nunc usque, Judee, propter hunc Christum Dominum meum hujus Virginis filium, dicis non esse Christum. Exspectas alium, cum quo pereas, Antichristum. Item Isaías : Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem mihi (*Isai. lxv*). Non credentem et contradicentem ; cui nisi isti Domino? qui quoniam de hac Virgine<sup>15</sup> natus est, credere nolent hunc esse Deum. Item Jeremias : Quomodo dicitis, Sapientes nos sumus, et lex Dei nobiscum est? Vere mendacium operatus est stylus mendax scribaram. Confusi sunt sapientes perterriti, et capti sunt. Verbum enim Domini projecerunt, et sapientia nulla est in eis (*Jerem. viii*). Quod verbum? Hoc utique de hac Virgine carnem factum. Et quam sapientiam? Hanc scilicet Dei Patris, quæ gentibus stultitia est. Item Isaías : Audite me, duro corde, et qui longe estis a justitia : prope feci justitiam meam, et non elongabitur, et salus mea non

## LECTIONES.

<sup>9</sup> In Jerusalem. Trin. et Am.

<sup>10</sup> Feu-ard. veniamus edidit, et dicamus; nos ex omn. nost. Cod. venimus... dicimus, quondam sequentiibus consonat confluimus... ascendimus.

<sup>11</sup> Instabilem, Tol.

<sup>12</sup> Omn. nost. Feu-ard., erunt.

<sup>13</sup> Sequimur omn. nost. Cod. Feu-ard. edebat : Cur ergo incredulus es mihi... nascendi?

<sup>14</sup> Me, omn. nost. Feu-ard., Bonum; et sic legitur in Vulgata ad hunc Jeremias locum.

<sup>15</sup> Sic omn. nostri : Feu-ard., nasci dignatus est.

morabitur (*Isai. xlvi*). Quæ justitia, et quæ salus, nisi hic<sup>1</sup> utique a quo justificati et salvati credentes sumus? Item Isaias: Educ foras populum cœcum, et oculos habentem; surdum, et aures sunt ei (*Isai. xlvi*). Quid non videntem, et quid non audientem, nisi hunc Dei Filium, ex homine incarnatum, et cuncta quæ de eo multisarie sunt<sup>2</sup> prædicta? Item in Osee: Vx. inquit, eis! quoniam recesserunt a me; vastabuntur, quia prævaricati sunt in me;<sup>3</sup> et ego redemi eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacium (*Ose. vii*). A quo recesserunt? Utique a me, quem humillem videntes hominem esse,<sup>4</sup> contemnunt Deum. Et quod mendacium locuti sunt,<sup>5</sup> nisi quod et in Jeremiah dicente legimus: Non est ipse. Et quare non est ipse? Quia vidimus eum, et non erat aspectus; et desideravimus despectum et novissimum virorum, virum dolorum, et scientem ferre infirmitatem; et quasi absconditus vultus ejus et despectus, unde nec reputavimus eum (*Isai. liii*). Quibus verbis tua incredulitas significatur, cui visus est Christus non habere speciem, neque decorem, unde neque a te reputatus est esse Deus. Dixi celer, dixi currens, dixi<sup>6</sup> transiens, dixi pernix, dixi velox, dixi citatus, quæ cito reperi, quæ de vicino attigi, quæ de proximo inveni, quæ de confilio intuli. Nam si peritias pollens, si prudentia vigil, si acumine vivax, si inquisitione strenuus, si sollicitudine minus iners vellem, aut possem, dies mihi deficiet, momenta decrescent, horæ<sup>7</sup> lassabunt, mane ruet, meridies<sup>8</sup> liquescet, vesperè decidet; intempesta et gallicinia,<sup>9</sup> crepusculumque, noctiumque abundantia non suppetent, non<sup>10</sup> cohærent de talibus sacramentis aut fidei meæ congrua, aut perfidiæ tue discordantia, et adversa promere vel narrare. Unde jam veni tecum ad hanc Virginem, ne sine hac properes ad gehennam. Veni abscondamur sub velamento virtutis ejus, ne induaris confusione, sicut diploide. Veni confiteamur, ego delicta juventutis et ignorantiae meæ, et tu delicta sacrilegii et sceleris tui, ne revelent cœli iniquitates tuas. Veni humiliemur in veritate confessionis et laudis ejus, ne terra consurgat adversum te, asserens tanti sceleris se tuam perfidiam sustentasse. Non erubescas filium ejus esse Deum tuum, ne ipse te erubescat coram angelis suis. Non erubescas sermones ejus, ne ipse te in adnotatione libri viventium erubescat. Confitere illum in regione terrarum, ne ipse te non confiteatur in terra viventium. Confitere illum Deum esse et filium hominis<sup>11</sup> virginis matris

## VARIANTES

<sup>1</sup> Utique non est in Feu-ard.; sed habent nostri omn.

<sup>2</sup> Prædicata, Trin. et Am.

<sup>3</sup> Et deest in omnibus nostris.

<sup>4</sup> Contempserunt, Tol. et antiq. Editio.

<sup>5</sup> Nisi quod uiunt, Jeremiah dicente: non est ipse?

Amel.

<sup>6</sup> Transiliens, Trin. et Tol.

<sup>7</sup> Lacescent, Tol.

<sup>8</sup> Languescat, omn. nostr.

<sup>9</sup> Crepuscula, Tol.

<sup>10</sup> Cohærebunt, Amel.

<sup>11</sup> Virginis deest in omnib. nost.

A ut ipse te confiteatur coram Patre sue divinitatis. Time majestatem ejus inter homines, ne te humanitas ejus in tartara præcipitet coram angelis suis. Dilige illum dum patiens est, ne odio habeat te, duni judicaverit te.

Arbitror me per virtutem Dei hostem ut potui confodisse, reliquisse cœsum, abjecisse enervatum, exanimem dimisisse. Unde et pallidus adest, exsanguis superstes, defessus angitur, fatigatus manet, concitus jacet, confossum ruit, elonus interiit: de vitali flatu nihil superstes, de spe vitæ jam nihil est, de redditu vitæ illi exspectatio non est. Unum tantum<sup>12</sup> deest, quod halitus perfidie anhelat, quod exile murmur erroris aspirat, quot tenui tabo de sacrilegii sepulcro animæ naribus<sup>13</sup> fetor exhorret. Verum redeam,<sup>14</sup> repedem, retro gradiar, retro convertar, et non eam, donec deficiat; non vadam, donec intereat; non pergam, donec<sup>15</sup> attritus sub pedibus meis evanescat, ne de cadavere perfidie quidam vermiculus supersit, ne de morticinio sacrilegii tinea quæcunque consurgat, ne de tabo profanationis quodcunque genus vermium oriantur, quod in criminum antro demonum favoribus pastum, etsi non assurgat in beluam, evolet in volucrem, applaudatque sibi nostræ disputationis retia evasisse, qui funditus se ingemiscit vincere nequivisse; gutturque a capulo disserte ratiocinationis abducatur,<sup>16</sup> et per aeras potestates levitate vagabunda ferendus sese fraude suspendat, ac scilicet sub pavore vel fuga illi arrideat, cui sub spe<sup>17</sup> Victoria non concordat. Auditum ergo antequam loquelam,

C exanimate hostis, appone; auriculam antequam lingualm adaperi, ante auris quam oris remove seram, ut prius noveris quam loquaris, primitus sapias quam respondeas, prius corde percipias quam ore depromas. Sicque de hac veritate ut cognoscas plenitudinem veritatis asserere, considera, intuere, vide, intellige, perpende, animadverte, intende, scito, sapito, discere, cognosce, hunc eundem esse Deum ex Deo in veritate naturæ suæ, qui ex Virgine<sup>18</sup> factus est homo in veritate naturæ meæ; hunc esse perenniter æternum, qui dispensative factus est temporalis; hunc venisse, qui est vere immobilis; hunc<sup>19</sup> contineri in loco, quem non continent locus; hunc esse intra locum, qui est omnium locus. Nam et, ut<sup>20</sup> expressius dicam, ipso ducente sequar eum; ipso præente, curram post illum; ipso antecedente, vadam post eum;<sup>21</sup> ipso adjuvante, vel vocante, ingrediar ad illum, et in quantum ipse<sup>22</sup> permiserit, as-

## LECTIONES.

<sup>12</sup> Superest, Amel.

<sup>13</sup> Fetur deest in Trin. et Tol.

<sup>14</sup> Ita Trin. et Tol. Cæteri cum Feu. repedabo.

<sup>15</sup> Attritus reposuimus ex Trin., quæ vera lectio est ab dubio, quamvis cæteri scribunt astrictus.

<sup>16</sup> Et per aera potestatis levitates vagabunde ferendus. Trin. et Amel.

<sup>17</sup> Victoriae, Trin.

<sup>18</sup> Natus, Trin.

<sup>19</sup> Teneri, Trin. et Amel.

<sup>20</sup> Feu-ard., exactius. Nostri omn., expressius.

<sup>21</sup> Trin. et Am., ipso vocante ingrediar, etc.

<sup>22</sup> Permisit: sanior lectio, quam exhibent nost.

severem tibi, ostendam tibi, enarrarem tibi, promam, A expediam, convincam, probem, quis est idem ipse qui venit, et unde venit, et quando venit, et ubi venit, et quare venit, et quomodo venit, et quid egit.

## CAPUT V.

*Sacrum Incarnationis explicat arcanum.*

Audi jam nunc, quis est Christus qui venit; audi jam nunc, quis est idem qui venit; non aliud quam Deus, et omnipotens Dominus. Dicat Malachias: <sup>1</sup> Veniet ad templum sanctum suum dominator, <sup>2</sup> quem vos queritis, et angelus testamenti, quem vos vultis (*Malach. iii*). Item in Exodo Pater de eodem <sup>3</sup> ad legislatores: Ecce mitto angelum meum, qui præcedat te, et custodiat <sup>4</sup> te in via, et introducat in locum quem paravi. Observa eum, et audi vocem ejus; nec contempnendum putes, quia non dimittet cum peccaveris. Et est nomen meum in illo (*Exod. xxiii*). An quia angelum audis, non putas esse factorem Deum, sed quempiam angelum factum? Absit. Magna certe dementia agitaris, si credis Deum cuiquam angelo et potestatem et nomen proprium contulisse, atque contra tuam simul et meam vocem, <sup>5</sup> non sit unus Deus qui fecerit omnia. Quare angelum dicas illi esse æqualem? <sup>6</sup> Quod utique dicendum non est, quia ita non est, verum non est. Quis enim in nubibus sequabitur Dominum? Aut quis similis erit Deo inter filios Dei (*Psalm. lxxxviii*), id est, in angelis bonis, et in hominibus sanctis, quos adoptionis amore divinae paternitatis pietas filios vocat. Unde Christus venit? <sup>7</sup> unde venit? Vere non aliunde quam de Deo venit. Audi ipsum per Salomonem: Ego ex ore Altissimi processi (*Ecclesi. xxiv*). Item Pater in Psalmis de eo: Ex utero ante luciferum genui te (*Psalm. cix*). Hinc et alias ipse per Salomonem: <sup>8</sup> Ante colles ego parturiebar (*Prophet. viii*). Et Zacharias: Hec dicit <sup>9</sup> Dominus exercituum: post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliaverunt vos. Qui enim tetigerit vos, tanget pupillam oculi ejus, quia ecce levabo manum meam super eos, et erunt præda his qui serviebant sibi; et scietis quia Dominus exercituum misit me (*Zach. ii*). Vide omnipotentem Dominum exercituum ab omnipotente Patre Domino Deo exercituum missum, quando Christus venit. Missus est autem ad gentes post gloriam deitatis, quam apud Patrem habuit, cum fieret humilis in forma servi, qui erat æqualis paterna divinitati. Item Isaías: Ego primus, et ego novissimus; manus quoque mea fundavit terram, et dextera mea mensa est cœlos. Non a principio in abscondito locutus sum: ex tempore antequam lie-

## VARIANTES

Codices omnes, pro promiseris quod edidit Feuardentius, non sine mendo.

<sup>1</sup> *Venit*, Feu-ard.

<sup>2</sup> *Nostri om. tantum habent: Quem vos vultis.*

<sup>3</sup> *Ad legislatores dicit*. Feu-ard.; sed dicit non est in nostr. ullo.

<sup>4</sup> *Te suppleximus ex nostris omnibus.*

<sup>5</sup> *Non esse unum Deum*, Tol.

<sup>6</sup> *Quod utique verum non est*, idem.

<sup>7</sup> *Hominibus ex nostris omn. Feu-ard., omnibus.*

<sup>8</sup> *Item unde venit?* Trin. et Am.

<sup>9</sup> *Feu-ard., omnes colles; sed non legitur omnes*

A ret, ibi eram, et nunc Dominus misit me, et spiritus ejus (*Isai. xlvi*). Ecce qui primus, et novissimus, et factor omnium est, mittitur a Domino Patre, cui et coeternus, et coequalis habetur. Item quando Christus venit? quando venit? dicat Jacob in benedictionibus patriarcharum. Non descliet princeps de Juda, nec dux de semibus ejus, donec veniat qui mittendus est; et ipse erit exspectatio gentium (*Gen. xlvi*). Tunc ergo venit, quando per ambitionem, succedente in regno Herode alienigena, defecit in <sup>11</sup> Israel princeps de Juda; in quo defectu advenit ille qui mittendus erat, quem gentes et populi exspectabant. Item in Daniele, ad se loquente angelo: Daniel, animadverte sermonem, et intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio, et prophetia, et ungatur sanctus sanctorum (*Daniel. ix*). Quod tempus olim esse completum, prædictarum rerum et eventus et exitus docet. <sup>12</sup> Item ubi venit? dicat Michæas: Et tu, Bethlehem, domus Ephrata, <sup>13</sup> nunquam parvula es in millibus Juda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel (*Mich. v*). Et hoc secundum carnem; nam secundum divinitatem, illud est quod connectit: Et egressus ejus a diebus æternitatis. Item David: Ambulabunt de virtute in virtutem, et videbitur Deus deorum in Sion (*Psalm. xxxviii*). Item Jeremias in lib. Baruch: Hic est Deus noster, et non testimoniabit alter ad eum: qui iavenit omnem viam prudentiæ, et ostendit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo; post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est (*Bar. iii*). <sup>14</sup> Item quare Christus venit? Per Isaiam ipse dicit: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis redemptionem, et cœcis visum (*Isai. 6*). Item ipse: Ecce Deus noster, ipse veniet, <sup>15</sup> et salvos nos faciet. Item Habacuc: Existi in salutem plebis tuæ, ut salvos facias electos tuos (*Habac. 3*). Item quomodo <sup>16</sup> venit? Abiectus utique et egenus. Dicat Zacharias: <sup>17</sup> Discite, filiiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi justus et salvans, pauper, <sup>18</sup> et sedens super asinum indomitum (*Zach. ix*). In psalmo David de eo ait: Ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum, et abjectio plebis. Item apud Isaiam ex persona Dei Patris: Ecce intelliget servus meus, et exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde. Sicut obstupue-

## LECTIONES.

in nostris.

<sup>10</sup> *Dominus Deus*, Trin. et Tolet.

<sup>11</sup> *Jerusalem*, Tol.

<sup>12</sup> *Antea scribit Feu-ard.: Ubi Christus venit?* quod nullus nostrorum habet.

<sup>13</sup> *Nunquid*, Trin. et Am.

<sup>14</sup> *Feu-ardent. : Quare venit Christus?* Item quare venit? Nos edimus ut habet Amel.

<sup>15</sup> *Salvavit nos*, Trin. et Amel.

<sup>16</sup> *Amel., Christus venit?*

<sup>17</sup> *Dicite*, Trin. et Amel.

<sup>18</sup> *Et deest in Trin. et Amel.*

runt super te multi, sic ingloriosus erit inter viros A aspectus ejus, et forma ejus inter filios hominum. Iste asperget gentes multas. Super ipsum continebunt reges os suum, quia quibus non nuntiatum est de eo, videbunt, et qui non audierunt, contemplabuntur. Quis <sup>1</sup> credit auditui nostro, et brachium domini cui revelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terra sienti (*Isai. xxii*); non est species ei, neque decor; et vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum, despctum, et novissimum virorum, virum dolorum, et scientem ferre infirmitatem; et quasi absconditus vultus ejus et despctus, unde nec reputavimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit, et nos putavimus eum quasi leprosum, et percutsum a Deo, et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, et afflitus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostræ super eum, et livore ejus sanati sumus. Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque <sup>2</sup> in viam suam declinavit; et Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, et non aperuit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducetur, et sicut agnus coram tendente se obmutescet, et non aperiet os suum. De angustia et de judicio sublatus est, generationem autem ejus quis enarrabit? Quia abscissus est de terra viventium, propter scelus populi mei percussi eum; et dabit impios pro sepultura, et divites pro morte sua, eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus inventus fuerit in ore ejus. Et Dominus voluit eum conterere in infirmitate. Si posuerit pro C peccato animam suam, videbit semen longævum <sup>3</sup>, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit et saturabitur. In scientia sua justificabit ipse justus servos meos multos, et iniquitates eorum ipse portabit. Ideo disperdiat ei plurimos, et fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in morte animam suam, et cum sceleratis deputatus est. Et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus oravit ut non perirent (*Isai. LIII*). Item apud eumdem: Non clamabit, neque audiens quis in plateis vocem ejus. Calamum quassatum non conteret, et linum sumigans non extinguet, sed in veritate docebit iudicium, et proferet justitiam, quandoque ponat in terra iudicium, et in nomine ejus gentes sperabunt (*Isai. XLII*). Et in Psalmis D de seipso sic ait: Ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum, et abjectio plebis (*Psal. XXI*).

## VARIANTES LECTIONES.

<sup>1</sup> Credidit, Amel.<sup>2</sup> In via sua, præter Trin. et Amel., habent cæteri cum Feu-ard.<sup>3</sup> Super terram adjicit Feu-ardent., quod desideratur in alio Cod. superiori.<sup>4</sup> Feu-ard. Edi:io habet: Effeta, quod est, adaperire; nos priora verba extrusimus, quoniam in omnibus Cod. nostris desiderantur.<sup>5</sup> Pro ut, quod retinent omn. nostri, habet Feu-ard. et.

CAPUT VI.  
Oratione præmissa probat filium sanctæ Mariæ esse Deum.

Adaperi, Jesus meus, adaperi os meum, et reple illud confessione misericordiæ tuæ. Tange os et auriculam cordis mei dicens: <sup>6</sup> Adaperire; <sup>7</sup> ut audiam quid loquaris per Spiritum sanctum tuum. Reple os meum laude tua, ut possim enarrare magnificentias tuas, atque consitear tibi misericordias tuas, et mirabilia tua filiis hominum, qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen. Quid egisti, domine? Quantum ad omnipotentiam unice Trinitatis pertinet, omnia per te facta sunt, et sine te factum est nihil. Quantum autem ad id attinet, quod specialiter in tua persona incarnari, et hominibus apparere salvator omnium B advenisti, et ipse factus es sub lege, natus ex muliere (*Galat. iv*). Verum et <sup>8</sup> quos operum tuorum egres-sus habueris, atque quosnam saltus mirabilium diversitatibus dederis, Psalmista dicat: Visi sunt gressus tui, Deus, ingressus Dei mei (*Psal. LXVII*). Illi utique quibus in mundum per Virginem venisti, et quibus ad Patrem per resurrectionis gloriam rediisti. Unde et venisse te tam multa vaticinantum dicta confirmant, quam operum tuorum exempla demonstrant. Cum igitur in mundum venisti, adversans tibi Iudea dñe sibi legis assertionibus cognoscet quid egeris. Primo itaque, Iudeæ, cum invisibiliter hic Dei Filius et omnipotens Deus ad Virginem venit, quid egit, nisi ut juxta quod Isaías dicit, de egressa virga, id est, de matre virgine, de radice generis Jesse <sup>9</sup> ascendit hic flos (*Isai. XI*)? Nascitur utique Filius, nulla corruptione <sup>10</sup> creatus, sed sola sancti Spiritus infusione generatus. Item juxta eumdem ait (*Isai. VII*), ut non in usu juvencula, sicut tu mentiris, sed sicut ego verum dieo, in signo concipiatur, et pariat Virgo. Item juxta eumdem ait (*Isai. XLV*), ut sine corruptionis accessu, solo Spiritus sancti calore, et virtutis Altissimi o<sup>11</sup> umbratione aperiatur terra corporis, virginis uterus, et hunc germinet salvatorem. Item juxta Danielem ait (*Dan. II*), ut abscidatur, id est, ut <sup>12</sup> abstrahatur hic lapis de monte generis Iudeorum sine manibus præcedentis, id est, sino operatione corruptionis; et veniens in terram amplitudinis totius mundi, impletat potentia sua orbem terrarum, et a mari usque ad mare firmat dominium suum. Item vero juxta Psalmistam ait (*Psal. XVIII*), ut <sup>13</sup> egrediatur sponsus de thalamo uteri virginis, assumpturus illam sponsam ex omnibus nationibus, <sup>14</sup> Ecclesiam universam. Cui alio loco dicitur: Audi, filia, vocem Dei, et vide misericordiam prævenientis te Dei. Et inclina aurem obedientiæ tue, et obli-

<sup>6</sup> Feu-ard., quid loquar, et similiter nostri, præter Cod. Trin., qui scribit ut edimus. Vetus Editio, quid dicatur.<sup>7</sup> Tolet. et Trin., quia.<sup>8</sup> Nostri, ascendat.<sup>9</sup> Tolet. et A., concretus.<sup>10</sup> Am., obsecetur.<sup>11</sup> Ita onn. nostri; Feu-ard., egreditur.<sup>12</sup> Feu-ard., id est, Ecclesiam; nostri ut edimus, omisso id est.

scere populi tui profanationes, et operum pravitates, et ne recorderis<sup>1</sup> domum patris tui (*Psal. XLIV*), diaboli videlicet,<sup>2</sup> sive mundi illecebras, et temporaliuum rerum turpes amores. Item juxta Psalmistam ait (*Psal. LXXXIV*), ut de terra materni corporis oriantur nascentis veritas carnis, et respiciat de celo iustitia deitatis. Sieque in unitate personae Deo et homine consistente, haec terra Virginis nostrae hunc de filii fructum, dante nobis Domino benignitatem nostrae redemtionis. Item juxta Ezechielem ait (*Ezech. XLIV*), ut de hac materni uteri domo per pudoris virginis portam idem Dominus Deus Israel egrediatur, ac dum nec ante, nec post nativitatem eius ullum unquam integritas corruptionis novit accessum, eadem porta sit clausa, quia semper est virginitatis sera conclusa. Ilorum itaque<sup>3</sup> vaticiniorum omnium ad hoc summa porrecta est, ut de Spiritu sancto et Maria semper virgine fieret hoc Verbum caro, fieret Deus homo. fieret humanum quod erat divinum, non diminutione deitatis, non interitu aeternitatis, non commutatione incommutabilis veritatis, sed assumptione carnis, sed<sup>4</sup> participatione hominis, sed societate humanitatis. Sieque<sup>5</sup> in unitate personae idem sit Verbum qui caro, idem sit homo qui Deus, idem sit et qui divinitas et qui humanitas est. Ac per hoc juxta Jeremiam (*Bar. III*) ipse unus Christus sit Deus, qui invenit omnem viam prudentiae, qui et cum hominibus conversatus est homo. Juxta Psalmistam (*Psal. LXXXVI*) ipse sit homo in Sion natus, qui fundavit eam Deus excelsus. Juxta Isaiam (*Isai. II*), qui dicit: Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus ejus est, quia excelsus reputatus est; ipse sit homo in cuius humanitatis aspirationibus divinitatis ejus spiritus est, qui sit et Deus, qui est reputatus excelsus. Juxta David (*Psal. CIX*) ipse sit Dominus Deus, ad quem loquitur Dominus Deus, ipse sit homo, qui sedeat a dextris Dei. Juxta Isaiam (*Isai. IX*) ipse sit homo, qui parvulus natus est nobis, qui sit et Deus, qui filius Dei datus est nobis. Juxta Psalmistam (*Psal. XLIV*) ipse sit Deus, cui dicitur: Sedes tua, Deus, in seculum seculi; qui sit et homo, qui per exultationis oleum sancto Spiritu dicitur unctus. Juxta vocem Domini per Jeremiam (*Jerem. XXIII*), ipse sit homo, cui dicitur: Ecce<sup>6</sup> venient dies, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et iustitiam super terram; qui sit et Deus, cum subjicitur: In diebus ejus salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter, et hoc est nomen quod vocabunt cum, justus Deus noster. Juxta Michaeani (*Mich. V*) ipse sit

## VARIANTES

- <sup>1</sup> Domum non legitur in nostris.
- <sup>2</sup> Pro sive scribit snares Amel.
- <sup>3</sup> Vaticiniorum. Ita omn. nostri Coa. cum antiqua Edit. Feu-ard. Edit., vaticinantum.
- <sup>4</sup> Trin., participio.
- <sup>5</sup> In unitate, Ann.; reliqui cum Feu., in unione.
- <sup>6</sup> Nostri Cod. ms., dies venient.
- <sup>7</sup> Dominus noster, Trin. et Ann. Alter vero cum Feu-ard., Dominus meus.
- <sup>8</sup> Traditae scribunt: nostri omn. Feu-ard., radice.

A homo, de quo dicitur: Stabit, et videbit, et pascet gregem suum; qui sit et Deus, cum sui jungitur: In virtute Domini et honore nominis Dei sui erunt; quoniam nunc magnificabitur usque ad terminos terrae, et erit iste pax. Audisti quid egerit adveniens Deus in utero Virginis? Audisti quod cum sit Deus, homo factus est? Audisti quia cum aliud sit Deus, et aliud homo, non tamen est alter Deus, et alter homo, sed unus est<sup>9</sup> Dominus noster Jesus Christus, idem Deus et homo? Audi jam nunc quae miraculorum opera egerit, quae mirabilium acta gesserit, quae magnalium gesta fecerit, quas virtutum operationes patraverit, quos operationum effectus ediderit. Certe haec quae auditurus es, in gente tua, in genere tuo, in populo tuo, in plebe tua, facta cognosce. Quoniam et ipse qui ea fecit secundum quod homo est, ex<sup>10</sup> traduce tua, ex stirpe tua, ex propagine generis tui, in veritate carnis naturae meae voluit nasci. Sed vellem plane contra sacrilegium et perfidiam tuam veritatis hujus negotium partis meae assertoribus intimare,<sup>11</sup> et veridicum jus veritatis meae coram Domino et angelis ejus in foro orbis terrarum, spectantibus cunctarum nationibus gentium, in eorum testium fidem proponere. Sed video te fallaci conatu, perverso astu, insido oljectu, labenti congressu, depravato animo, impuro sensu,<sup>12</sup> hyperbatonico eloquio, quod est ex omni parte confusum, velle te respondere, Instrumenti Novi auctores nolle recipere, sed auctoritatis vetustate assertionibus dimicare. Respondebo et ego: Si novis assertoribus veritatis minime cedis, saltem ipsi pro se loquenti veritati succumbe. Sed rursum objicis: Haec, quae dixisse veritatem opponis, novorum sunt predicatorum intimata praeconiis. Et ego dicam: Ut ergo ais, tempore, non auctoritate contendis; electione, non jure disceptas; velle, non ordine causam narras, dum vetustatem novitatis preponis, dum nova veteribus impugnas, dum veteribus nova evacuare conaris. Certe iste directus initae disceptationis est ordo, iste actionis debite de jure processus, hoc negotii verum initium, hic disputationis ordinatae competens modus, ut vetusta promissa nova opera compleant, ut umbram veritas excludat, ut incerta et occulta patens exhibet manifestet, ut antiquitas arcana nova fides aperiatur, ut veterorum secreta credulitas adveniens revelet, ut alios consa mysteria religionis novitas ostendat, ut temporum primitiva temporum plenitudo corroboret. At nunc quid vetera queris,<sup>13</sup> quae transierunt, et ecce facta sunt nova? quid illorum temporum recordaris, propter quae facta non sunt? quo-

## LECTIONES.

<sup>9</sup> Extremum hujus periodi membrum edimus ad nostros Cod. omn. Quod ita habet Feu-ard: *Et ut veridicum jus .... meorum testimoniū fidem proponeam.*

<sup>10</sup> Profanatio celebat Feu-ard. nos ex nostris Codicibus hyperbatonico, quod cum sequentibus nire consentit; namque hyperbaton orationem reddit perturbatam et obscuram, nisi prudenter adhibetur.

<sup>11</sup> Quae, Amel. Feu-ard. cum reliquis, quia,



nam facta sunt propter nos, in quos fines seculorum A Quid tantum vaticiniis primævis atten-  
devenerunt. Quid tantum vaticinium rei gestæ sit exhibi-  
tione completum? Quid de lege et prophetis agis,  
cum ea quæ usque ad Joannem dixerunt, in Deo  
Christo Iesu nostro esse completa testentur etiam  
rerum omnium elementa? <sup>1</sup> Quid vero dicam? ideo  
te nolle recipere novos, quia sprevisti vetustos; ex  
hoc jura novitatis impetrare, ex quo antiqua visus es  
sprevisse; ex hoc renuere gratiam, ex quo impugna-  
veras legem; ex hoc non dare fidem Evangelio, ex  
quo dudum contradixeras legali præcepto; ex hoc  
impugnare apostolos, ex quo impugnaveras et pro-  
phetas; ex hoc non acquiescere doctoribus meis, ex  
quo non acchievisti rectoribus tuis; ex hoc profanare  
veritatem, ex quo profanaveras et veritatis  
promissionem; ex hoc revelata nescire, ex quo  
ad perita nolivisti cognoscere; ex hoc esse perfidum  
in temporum plenitudine, ex quo fuitis infidus in  
futurorum promissione. Sed age nunc, quoniam or-  
dine propositionis perversæ hic modus poterit esse  
justus, ut in assequenda veritatis cognitione, de turba  
veridicorum personas eligas, quibus credas, <sup>2</sup> et dum  
emicans patulæ veritatis fulgor dixerit, non attendas?  
Quo vencisco ore, quo itinere dirigitur hujus actio  
commoti certaminis, ut me apertiora judicia profe-  
rente, tu in tua electione constituas quod in mea  
contradictione defendas? Postremo quæ tergiversa-  
tio ista est, ut ego veritatem proferam, quam tu  
renuas videre, et de ejusdem coneris inquisitione  
contendere? Aut quisnam hic congregatae responsio-  
nis est ictus, <sup>3</sup> ut assertores veritatis inquiras, et  
prolatam veritatem videre contemnas? Si licet tibi  
eligere cui credas, ergo eligere liceat et quod credas.  
Si licet tibi electione tua vindicare quod credis,  
liceat et electionis invenire auctorem cui credas; ac  
per hoc ita judiciorum regulas rumpis, ut de elec-  
tione feras libilitum, non de justa disceptatione judi-  
cium. Non enim quod debes, sed quod placet dicis;  
neque quod inveniat, sed quod operiat veritatem  
opponis, dum publice veritati non credis, et hanc in  
abditis queris, dum per semetipsam quid verum sit  
de se veritas clamat, et tu de illa quid verum se  
habeat electionis disputatione requiris. Veritas dicit  
per semetipsam: Ego sum; et tu, qui speciem ostendat  
veritatis inquisitorem queris! Veritas dicit: D

## VARIANTES

<sup>1</sup> Loco horum verborum habent omn. nostri: Cum  
serum video, ideo, etc.

<sup>2</sup> Fasdere, Tol.

<sup>3</sup> Adaperta, Feu-ard. Trin. vero et Amel., ado-  
peria, et quidem genuina lectione, nam voluit hoc  
opponere superiori verbo *revelata*, quod idem est ac  
*adaperta*, nedium illi contrarium.

<sup>4</sup> *Perfidum ex nostris, non perfidus*, quod habet  
Feu-ard.

<sup>5</sup> Tol. Cod. habet: *Et micans veritatis fulgor inten-  
dens, non attendas*. Sed si pro dixeris legatur elu-  
xerit lectione Feu-ard. nulla melior.

<sup>6</sup> Feu-ard., *renuisti*; nostri omnes, *renuas*.

<sup>7</sup> Amel. Cod., *ut per assertores veritatem inqui-  
ras*, etc.

<sup>8</sup> *Lectionem hanc exhibet Tolet. noster*: Feu-ard.

Ego sum via (*Joan. xiv*); et tu in deviis viam quæ-  
ris! Veritas dicit: Ego sum vita; et tu vita præcones  
inquiris! Veritas dicit: Qui sicut, veniat et bibat  
(*Joan. xvi*); et tu qui sicutem poteris, asciscis! Ve-  
ritas dicit: Ego a Deo exivi, et veni in hunc mun-  
dum (*Joan. xvi*, 28); et tu eligis quis sit ille qui ve-  
nire possit in mundum! Veritas dicit: Ego et pater  
unum sumus, et: <sup>9</sup> Qui me videt, videt et Patrem; et tu asseris hunc nec a Deo esse, nec huic aqualem  
existere posse! At vero quia ex defensoribus partis  
tuae tibimet applaudis, nolo sis anceps. Pro cer' o  
autem disce, quia quos tibi advocas, mei sunt: quos  
tibi assunis, proximi mihi sunt, et quos tibi asciscis  
notissimi mihi sunt. Quæ enim <sup>10</sup> in tuis auribus suis  
vocibus indiderunt, cordi meo virtute intelligentie  
B impresserunt; quæ tibi sonuerant, mihi cohæse-  
runt; quæ te sonitu tetigerunt, me tactu illustrave-  
runt. Sed iam <sup>11</sup> placabilis ego cedam, non vicus  
veritate, sed fultus, cum tu infamis cedas, non ful-  
tus veritate, sed victus. Astipulabunt enim testes tui  
quæ assero, firmabunt quæ intimò, asseverabunt quæ  
propono, stabilitent quæ contestor, statuerint quæ intu-  
lero. Fides namque mea illorum est veritas, proposi-  
tio mea illorum est attestatio, cognitio mea illorum  
est testimonium, loqui in tempore meum, illorum  
est sapere in æternum; proponere meum, firmare  
est <sup>12</sup> eorumdem; non tacuisse meum, dixisse illorum  
est. Sic lingua mea status illorum est, sic eloquium  
meum spiritus eorum est, sic verbum meum spir-  
aculum est ipsorum; quia verbum Dei, quod per illos  
C venit, in me pervenit, quia sapientia Dei, quæ illos  
implicet me tetigit, quia spiritus Dei, qui illis loquitur  
dedit, mihi audire et annuntiare concessit. Inde eos  
illorum os meum est, inde os illorum sermo meus,  
inde sermo illorum fides mea, inde fides illorum  
affirmatio mea, inde quod sapiunt dico, inde quod  
dicunt scio, inde quod sciunt annuntio, inde quod  
inquinat non taceo, inde quod annuntiaverunt enarrar-  
o. <sup>13</sup> Quia vivit in me qui vivebat in illis, quia est  
in me qui erat in illis, quia non tacet in me qui lo-  
quebatur in illis, quia manet in me usque in æternum  
qui non defuit in illis usque adhuc. Quare ergo  
non credis Filio dicens: Omnia quæ habet Pater,  
mea sunt (*Joan. xvii*), cum ad Patrem de illo dicatur:  
Omnia subjecisti sub pedibus ejus (*Psal. viii*)?  
Quare non credis Filio dicens: Amodo videbitis Fi-

## LECTIONES.

et cæteri scribunt: *Liceat et electionem invenire, cui  
credas*. Neutra quidem lectio nobis maxime probatur,  
qui mallemus legere: *Liceat et electione invenire, cui  
credas*. Sane quid sit credere electioni, vel auctorem  
electionis invenire non satis capimus.

<sup>9</sup> Qui me videt, videt, etc. Tol. et Am. Feu-ard.  
cum alio edebat vidit, vidit.

<sup>10</sup> Feu-ard., *tibi in tuis auribus*.

<sup>11</sup> Est placabilis in Trin. et Am. In Feu-ard. legitur  
placibilis.

<sup>12</sup> Ubi habet hic Feu-ard. eorumdem, scribunt Am.  
et Trin. illorum est; et contrario infra, ubi Feu-ard.,  
dixisse illorum est.

<sup>13</sup> Quia vivit, ex Trin. et Amel. Quia est edebat  
Feu-ard.

lum hominis sedentem a dextris virtutis Dei, cum et Pater illi dicat : Sede a dextris meis (*Psal. cix.*)? Quare non credis Filio dicenti : Pater meus usque modo operatur, et ego operor (*Joan. v.*), cum Pater illi dicat : Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram (*Gen. i.*)? Cur non credis Filio dicenti : Si sciretis Patrem meum, unice et me sciretis (*Joan. xiv.*), cum Pater illi dicat : Filius meus es tu, ego hodie genui te (*Isai. ii.*)?

## CAPUT VII.

*Duplicis Instrumenti verborum connectione Christum docet ut hominem, ita sane et Deum altissimum esse. Item totam Serpatoris nostri ritam usque ad Spiritus sancti in apostolos missionem copiose depingit.*

Sed veni, quo cœpimus properemus ; quo ire conati sumus, ire non desinamus ; quo gradi nisi sumus, avidius impellamus ; quo cœptum est ambulare, non desinatur ambulasse. Gressus pergit animæ, pes properat mentis, poples ambulet cordis. Genu vale, <sup>1</sup> crure stabilire, tibia substa, ne talo concidas, ne planta ruas, ne pede <sup>2</sup> labaris ; totus conare, totus expodire, totus assurge ; propone quod sapis, dicio quod nosti, loquere quod intelligis. Quod ruminas prome, quod cogitas enarra, quod machinaris expone. Adest veritas, hic est veritas, ecce est veritas. Praesto sunt qui vera dicunt, praesto sunt qui vera sapiunt, praesto sunt qui vera propoununt, praesto sunt qui vera defendunt. <sup>3</sup> Ego ego prorsus, cum tu meis profanes, tuis delector auctoribus. Cum tu meis deroges, ego tuorum delector assertorum eloquis. Cuius tu meis contradicas, ego <sup>4</sup> tuos obediens et obtemperans amplector auctores. <sup>5</sup> Tanto enim tui mei sunt, quanto tu a me ies es alienus. Tanto tui jam non sunt tui, quanto nec mei potuerunt aliquatenus esse tui, quia unum, et in unum, et ab uno, et per unum sunt tui simul et mei. Dicito itaque tu, qui nec veritati credis, qui nec veritati faves, qui nec veritati pares, qui nec veritatem diligis, qui nec veritati obedis, qui nec veritatem auscultas, quare summi Numinis jussa contemnis ? quare factoris oracula irrita facis ? quare sapientiae arcana cum considerare nequeas, impugnare pertentas ? quare prudentiae Dei stulte derogas ? quare virtuti Dei, cum ipse sis pulvis, imbecillitatem adjungis ? Qui non credidisti Deo patri dicenti ad Filium suum Christum Dominum meum : Filius meus es tu, ego hodie genui te (*Psal. ii.*) ; quod nulli alteri hominum dixit, quia nulli alteri hominum detit hereditatem suam gentes habere, et in possedit

## VARIANTES

<sup>1</sup> Crure, ex Am. et Trin. ; reliqui cum Feu-ard., crus.

<sup>2</sup> Labaris, omn. post. Feu-ard., delabaris, quod ex ultima syllaba verbi præcedentis consonantiam forte suavit.

<sup>3</sup> Alterum ego ex nostr. omn. adjectimus.

<sup>4</sup> Tuos quondam edimus est ab Amel. Cod., nam in exercitis sicut in Feu-ard. est tuis ; sed illa lectio optima et verior visa est.

<sup>5</sup> Tol. habet : Tanto enim tui mei sunt, quanto

A sionem suam terræ terminos possidere, quos <sup>6</sup> reget in virga ferrea forti, et quos contereret veluti vasa lutea figuli, non humani exemplis edicti, sed proprii jure dominii ; crede eidem filio dicenti de eis : Ego et Pater unus sumus, et : Qui me videt, videt et Patrem (*Joan. x.*) ; et : Omnia quæ habet Pater, mea sunt (*Joan. xiv.*). Et per Salomonem eadem Sapientia, quæ Filius Dei est : Quando preparabat cœlos aderam ; quando certa lege et gyro vallabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, et librabat fontes aquarum, quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos, quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens (*Prov. viii.*). Qui non credidisti Filio veritatem de se dicenti, B crede Spiritui sancto, de quo dicitur : Spiritus Domini super me; propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me (*Luc. iv.*). Et iterum ibi : Requiescat in eo Spiritus Domini, Spiritus sapientiae et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiarum et pietatis, et replebit eum Spiritus timoris Domini (*Isai. ii.*). Hoc enim est, quod per Joannem dicitur : Et testimonium perhibuit Joannes dicens : Quia vidi Spiritum descendenter, quasi columbam de cœlo, <sup>7</sup> et mansit super eum, et ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit : Super quem videris Spiritum descendenter, et manente super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi, et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei (*Joan. i.*). Qui non credidisti <sup>8</sup> singulatim personis Deitatis loquentibus, credito eidem indivisiæ Trinitati simul cooperanti, simulque operatrici. Sic enim per Isatam dicitur : Et nunc Dominus misit me, et Spiritus ejus (*Isai. xlvi.*). Ecce enim in eo quod per Virginem nostram Dei Filius incarnari venit, operationis suæ novam admirationem tota Trinitas ostendit. Tu ergo jam qui non credidisti veritati, quæ summa est veritas, et quo nihil est verius, non erubescas credere assertoribus veritatis. Nam licet et isti creatura et conditio sint veritatis qua conditi sunt illius, qui plenam ac summam veritatem de suo conditore atque de veritate ipsius sui conditoris annuntiant, ita tamen per se contempnitur ipse, dum contemnitur per istos, sicut creditur illi, dum de illo creditur et istis. D Nam interdum et judex per se quidem cum criminoso non contendit, sed per internuntios confessionem suadendam extorquet ; et non est illi onerosum, <sup>9</sup> si non contemnat nuntium judicis, qui contempsit presentiam judicantis, solum ut obtineat plenitudinem veritatis, qui tenet judicium sanctionis. Crede

## LECTIONES.

mei tui non sunt ; deinde prosequitur ut reliqui. <sup>10</sup> Trin. et Ainel. habent reget, et inferius, conteret.

<sup>11</sup> Et manentem edidit Feu-ard. ; nos, et manet, quod legimus in omnibus nost.

<sup>12</sup> Singulatim, ex nost. omn. Singulatim, Feu-ard.

<sup>13</sup> Si contemnat edobat Feu-ard., sed ipsa per se sententia exigit negationem, quam in omnibus nost.

Digitized by Google

jam ergo Petro dicenti : Tu es Christus Filius Dei vivi (*Math. xvi*). Quia in Daniele rex ille impius hunc aspicit, cum dicit : Ecce video viros quatuor solutos, et ambulantes in medio ignis, et species quarti similis Filio Dei (*Dan. iii*); quem vere hunc esse credimus Dominum Salvatorem. Sed ne objicias quod in eodem Daniele iste Filius Dei superius angelus nominatur, audi eumdem Christum Filium Dei per Malachiam angelum dici : Veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos queritis, et Angelus testamenti quem vos vultis vel desideratis (*Malac. iii*). Quod quia non est quare dubites, quare non credis etiam Joanni dicenti : In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum; hoc erat in principio apud Deum (*Joan. i*). Cum per David Pater de illo dicat : Eruerat cor meum verbum bonum (*Psal. xi. iv*). Item quare non credis eidem Joanni dicenti : Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil (*Joan. i*), cum eadem sapientia, quae vere Filius Dei est, per Salomonem dicat : Necdum erant abyssi, et ego jam concepta eram. Necdum fontes aquarum eruenterant, necdum montes gravi mole constiterant, ante colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, et flumina, et cardines orbis terræ (*Prov. viii*). Quare non credis Matthæo de nativitate ejus dicenti : Christi generatio sic erat. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Joseph, antequam convenienter, inventa est in utero habens de Spiritu sancto (*Math. i*)? Illoc enim est quod Isaias dixerat : Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium; et vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus (*Isai. vii*). Erubescere, impure, et vide eumdem esse nobiscum Deum, qui natus est homo. Quare non credis Luca dicenti de loco nativitatis ejus : Ascendit Joseph a Galilæa de civitate Nazareth, in Iudeam civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David, ut proficeretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. Factum est autem, cum esset ibi, impleti sunt dies ut pareret, et peperit filium suum primogenitum (*Luc. ii*). Hoc enim est quod Michæas dixit : Et tu, Bethlehem, dominos Ephrata, nunquid parvula es in millibus Iuda? Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, et egressus ejus a diebus aeternitatis (*Mich. v*). Quare Matthæo non credis, de ostensione ejus per sidus magosque dicenti : Cum natus esset Jesus in Bethlehem Iudeæ, in diebus Herodis regis, ecce magi ab Oriente venerunt Ierosolymam, dicentes : Ubi est qui natus est Rex Iudeorum? vidimus enim stellam ejus

## VARIANTES

<sup>1</sup> Veram nostro iudicio lectionem hujus loci restituimus ex nostris omnibus. Namque illa Feu-ard. : *Quod quia aliud non est, quare dubitas?* vix sensum habet.

<sup>2</sup> Et hoc loco scribit Feu-ard. *ante omnes colles*, sicut et supra, contra omnium nostrorum Codicum testimonium.

<sup>3</sup> Accipiet, Trin. et Tolet.

<sup>4</sup> Magosque, nostr. omni. *Magis*, Feu-ard.

<sup>5</sup> Magi desideratur in Trin. et Amel.

<sup>6</sup> Ita nostri: Feu-ard., *ante multum tempus*.

A in Oriente, et venimus adorare eum (*Math. ii*). Et infra : Videntes autem magi stellam, gavisi sunt gaudio magno valde; et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus et myrram. Hoc enim et Balaam ille divinus in Numeris intulit dicens : Orientur stella ex Jacob, et consurget homo de Israel (*Num. xxiv*). Magi namque ab Orientis partibus venientes, nativitatem Christi primi stella indice nuntiaverunt, ut quem artis eorum princeps ante tempus praedixerat, cum stellæ ortu viderent consurgere hominem, illi cum stellæ visu nascentem surrexisse hominem demonstrarent. Hinc et Isaias : Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem B Domino annuntiantes (*Isai. lx*). Quare non credis Joanni dicenti : Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit (*Joan. i*)? Hoc enim est quod et David dicit : Apud te est, Domine, fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen (*Psal. xxxv*). Et per Isaiam dicitur : Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum (*Isai. lxi*). Quare non credis eidem Joanni dicenti de exhortatione tua : In propria venit, et sui eum non receperunt (*Joan. i*)? Hoc enim est quod et per Ieremiam de te dictum est : *Prævaricatione prævaricata est in me domus Juda*, ait Dominus. Negaverunt me, et dixerunt : Non est ipse (*Jerem. v*). Quare non credis Marco de miraculis operum ejus dicenti : Afferebant ad eum omnes male habentes; et dæmonia habentes, et erat omnis civitas congregata ad januam, et curabat multis, qui vexabantur variis languoribus, et dæmonia multa ejiciebat (*Marc. i*). Illoc est enim quod Isaias dicit : Ecce Deus noster, ipse veniet, et salvabit nos; tunc aperientur oculi cœcorum, et aures surddrum <sup>10</sup> audient. Tunc saliet claudus quasi cervus, et clara erit lingua mutorum (*Isai. xxxv*). Nam de passione, contumelias, cruce, clavis, morte, et sepultura quid tibi jam loquar, cum te fecisse illa non dubites? Quæ si facta non crederes, vere quidem non leviter perfidares. Cum autem facta nosti, et haec non ad salutem mundi facta intelligis, sed ad ejus (ut videtur tibi) ignominiam talia <sup>11</sup> te fecisse contendis, vere graviter <sup>12</sup> dupliciti crimini insolubili nodo <sup>13</sup> vinciris, quando et de homicidio innocentis reus teneris et hanc mortem ejus, a te quidem crudeliter illatam, ab illo autem sponte susceptam, ad salutem mundi prosecuisse non credis.

## LECTIONES.

<sup>1</sup> *Ortu*, omnes nostr. *Ortum*, Feu-ard.

<sup>2</sup> *Prævaricando*, Tol.

<sup>3</sup> *Curavit*, Tol. et Amel. cum ant. editione.

<sup>4</sup> Solus Feu-ard. scribit *patebant*. Antiq. Edit. cum omnibus nostris consentit in verbo *audient*, quod edimus.

<sup>5</sup> *Te* desideratur in Amel.

<sup>6</sup> Feu-ard., *duplicis*. Omn. nost., *duplici*.

<sup>7</sup> *Vinciris*, ex omn. nost. Feu-ard., *vincieris*.

Sed quia non <sup>1</sup> diffiteris te impie egisse, quare mecum **A** mortuis, et exaltaretur in celo, sublimaretur in regno. Quare non credis universæ Ecclesiae catholice, a solis ortu usque ad occasum, et a mari usque ad mare diffusæ, uno ore dicenti: Credimus in Jesum Christum Filium Dei, qui propter nos, et propter nostram salutem crucifixus, mortuus, et sepultus, tertia die resurrexit vivus a mortuis? Hoc enim est quod et Osse ex persona sanctorum dixerat, qui cum illo ab inferis die tertia surrexerunt: Venite, revertamur ad Dominum, quia ipse cepit, et sanabit nos. Vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus (*Osse vi*). Item in eodem propheta: Quasi diluculum præparatus est egressus ejus. Hoc enim est, quod Lucas refert: Una Sabbati valde diluculo <sup>2</sup> mulieres venerunt ad monumentum portantes quæ paraverant aromata, et invenierunt lapidem revolutum a monumento, et ingressæ non invenerunt corpus Domini Jesu (*Lac. xxiv*). Quare non credis eidem Veritati de hac sua resurrectione dicenti, qui resurgendo complevit quod in suis periculis Jonas propheta tuus, imo potius meus, ante præmisserat: Generatio prava et adultera signum querit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetae. Sicut enim Jonas fuit tribus diebus, et tribus noctibus in ventre ceti, ita erit et Filius hominis in corde terræ (*Matt. xii*), id est, in sepulcro. Post quod triduum, sicut ille belluam, ita sepulcrum iste reliquit. Inde enim solus inter mortuos liber (*Psal. lxxvi*), quia sicut nec peccati contagio, ita nec mortis retineri potuit vinculo. Quare non credis Marco dicenti: Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est discipulis, assumptus est in cœlum, et sedet a dextris Dei (*Marc. ult.*)? Hoc enim est quod et Daniel dicit: Aspiciebam in visu noctis, et ecce in nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat (*Dan. vii*). Subiungit et dicit: Et usque ad antiquum diērum pervenit; id est, usque ad Patrem. Post hæc inserit: Et in conspectu ejus obtulerunt eum, et dedidit ei potestatem et regnum, et omnis populus, et tribus, et linguæ, ipsi servient. Potestas ejus potestas eterna, quæ non auferetur, et regnum ejus quod non corrumpetur. Quare non credis, ipso donante, in eum creditibus post mortem ejus sanctum Spiritum datum? Hoc enim est quod per Joel prophetam dictum est: In novissimis diebus; dicit Domi-

## VARIANTES

<sup>1</sup> Diffiteris edimus ex nost. pro denegas, quod habet Feu-ard. Sed Cod. Trin. et Amel. totam hanc periodum aliter legunt, et certe non contempnendi: Sed quare non diffiteris te impie egisse, que mecum universitas redemptorum credit gaudens facta misericorditer esse?

<sup>2</sup> Pro videntur legitur in Trin. sunt evidenter, quam lectionem non despiciimus.

<sup>3</sup> Ausibus edimus ex Trin. et Amel. Reliq. cum Feu-ard., auribus. De cetero exhibemus variantem lectionem Cod. Ameliani, qui scribit: Voluisti enim sacrilegis ausibus extorquere sacris vocibus patentiam silentia miraculorum, atram virtutibus latebram, et cunctis operibus ejus, etc.

<sup>4</sup> Habet hoc loco Feu-ard. facta cunctis esse præclarara, que priora verba in omnibus nostris desiderata rejecimus.

**B** portantes quæ paraverant aromata, et invenierunt lapidem revolutum a monumento, et ingressæ non invenerunt corpus Domini Jesu (*Lac. xxiv*). Quare non credis eidem Veritati de hac sua resurrectione dicenti, qui resurgendo complevit quod in suis periculis Jonas propheta tuus, imo potius meus, ante præmisserat: Generatio prava et adultera signum querit, et signum non dabatur ei, nisi signum Jonæ prophetae. Sicut enim Jonas fuit tribus diebus, et tribus noctibus in ventre ceti, ita erit et Filius hominis in corde terræ (*Matt. xii*), id est, in sepulcro. Post quod triduum, sicut ille belluam, ita sepulcrum iste reliquit. Inde enim solus inter mortuos liber (*Psal. lxxvi*), quia sicut nec peccati contagio, ita nec mortis retineri potuit vinculo. Quare non credis Marco dicenti: Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est discipulis, assumptus est in cœlum, et sedet a dextris Dei (*Marc. ult.*)? Hoc enim est quod et Daniel dicit: Aspiciebam in visu noctis, et ecce in nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat (*Dan. vii*). Subiungit et dicit: Et usque ad antiquum diērum pervenit; id est, usque ad Patrem. Post hæc inserit: Et in conspectu ejus obtulerunt eum, et dedidit ei potestatem et regnum, et omnis populus, et tribus, et linguæ, ipsi servient. Potestas ejus potestas eterna, quæ non auferetur, et regnum ejus quod non corrumpetur. Quare non credis, ipso donante, in eum creditibus post mortem ejus sanctum Spiritum datum? Hoc enim est quod per Joel prophetam dictum est: In novissimis diebus; dicit Domi-  
**C** LECTIONES.

<sup>5</sup> Post hæc verba unus Cod. Amelianus hæc habet: Ex quibus LXXII vicinia nostra idem in apostolatum accepit Martialis nobilissimus apostolus, qui primus illuminavit populos occidentales, sedentes in tenebris et umbra mortis. Hic certe locus incepto librario Gallico aptissimus visus fuit ad gloriam sue gentis celebrandam, ex qua viri eruditæ contra viros eruditos contendunt apostolorum temporibus varios illorum discipulos in Galliam missos fuisse, qui fidem annuntiarent, quos inter sanctos hic Martialis numeratur, primus, ut aiunt, Lemovicensium episcopus. Ut ut res sit, quam certe hujus loci expendere non est, importunissimum hominis animadversionem, eamque in textum orationis immisam, quis non rideat?

<sup>6</sup> Quando mulieres seniorum edebat Feu-ard., sed quando non legimus in nostris.

nus: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae (Joel ii).* Quare non credis venturum judicem, Marco dicente: *Tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, et gloria; et congregabit electos suos (Marc. xiii)*? Hoc enim est quod et David dicit: *Advocabit coelos sursum et terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos ejus qui ordinant testamentum ejus super sacrificia. Et annuntiabant cœli justitiam ejus, quoniam Deus judex est (Psalm. xlix).*

## CAPUT VIII.

*Ostendit Deum multa fecisse magnalia in Virgine gloriosa, ex quibus quisque colligat potuisse ipsius virginitatem in parte illesam facile servare. Sterilis Elisabeth aliorumque testimonio divinitatem in Christo confirmat.*

Audisti testimonium Patris de Filio? audisti testimoniorum Filii de se ipso simul et Patre? audisti testimonium de Spiritu sancto, qui ut hunc Filium Dei esse ostenderet (de quo secundum divinitatem idem Spiritus procedit)<sup>1</sup> quod descenderit in eum corporaliter secundum veritatem Incarnationis ipsius, propter cuius incarnationem hac omnia et veterotestorum et novorum prædicatorum locuta sunt ora? Audisti quae lex et prophetae a Moysi usque ad Zachariam emarraverunt? Audisti quae a Joanne filio ejus, et deinceps evangelistæ et apostoli protulerunt? Audisti quæcunque et primis et novissimis temporibus per primos et novissimos vates (uno sancto Spiritu per eos cuncta loquente) concorditer, et absque omni hæsitationis scrupulo, in unius rei cognitionem redacta veridice sunt prædicta? Audi jam nunc diversarum conditionum, sexuum, ætatum, rerum et elementorum insignia; ut si te vaticinantur mira dicta non movent, tandem contemplatio diversitatis<sup>\*</sup> aliquando moveat admiranda. Crede primo ipsi Virgini dicenti, quam evidenter et persona et natura divinitatis aggressa est,<sup>2</sup> et quid verum de se dicat ausculta: Ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est (*Luc. i*); et utique illa, quæ tanto sunt admiranda cum videntur, quanto et necessario prævisum est ut ante tot et per tanta tempora mirabiliter dicta essent, ad redemptionem mundi mirabilius expectanda. Illa utique, ut per hanc Virginem Deus fieret homo, Verbum fieret caro, et Filius Dei factor omnium fieret filius matris quam ipse formaverat. Essetque dominator nascendo subditus ancillæ quam ipse condiderat. Sicque haberet ancilla in subdito Dominum, ancillam Dominus in prælato. Ita factorem suum pareret mater, ita factor informis materie rerum nativitatis sive materiam saceret matrem, atque fieret ex ea quam fecerat idem factor. Ut haberet nascendi auctricem, cui facienda auctor existit idem. Semperque diversa essent concordantia dum pro humanis humiliantur divina, et

## VARIANTES

<sup>1</sup> *Hoc verbum quod libenter deteremus, nisi omnium Cod. et librorum editorum suffragiis niteretur. Perturbat enim omnem orationis sensum; quo sublatto, omnia plana sunt et aperta.*

A in divinis sublevantur humana, dumq[ue] quod sublime est cedit humili, et humile d[omi]nigit in sublime, dum forte infirmatur in humili, et humili roboratur in forti, dum feminam aggreditur Deus, et profert feminam virum, dum in utero feminæ non fuit factoris opus operationis solite usa, sed statuens admiracioni in magnitudine rei, sicut totum fecit ex nihilo, ita faceret ex inauditis hoc solum, quod semper esset in miro. Sicut in uterum Virginis uteri factor ingressus novitatis opus efficit, faciens quod ante non fecerat, licet et faciendum esse prædixerat, ut in admiratione rei remota lege naturæ hoc fieret, quod et in se natura factum agnoseret, et inde in se fieri hoc posse negaret, unde nulla concordia usitatæ rei id fieri posse monstraret. Ita homo pareret Deum, ita parturiret terra divinum, ita virginitas pareret prolem, ita remoto viro parturiret feminam virum. Audisti Virginis oraculum, quæ in veritate tam vere utero carnis concepit, et general, quam vere utero mentis accipit, et enarrat; uno enim Spiritu et ad fidem secundata est, et ad prolem. Audi post hæc maritatem, natura sterilem, diebus provectam, moribus illustrem, justitia plenam, in mandatis ejus coram Domino incidentem, in justificationibus Domini permanentem, inter proximos sine querela persistentem, sacerdotis conjugem, valetinis certam, mystériis cognitam, sacramentis imbutam, et sancto Spiritu plenam Elisabeth. Cum enim salutasset eam hæc nostra Virgo, ad cuius gloriam pertinent hæc quæ enarramus, exultavit infans in utero ejus, et repleta Spiritu sancto Elisabeth exclamavit vox magna dicens: *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. Et beata quæ credidit, quoniam perficiuntur ea quæ dicta sunt ei a Domino. Audi deinde senis Simeonis confessionem, qui ad exprobationem infidelitatis tuæ fessorum vetustate senili artuum resolutionem non potuit obtinere, donec videret Christum Domini sponsione sancti Spiritus remissum. Sic enim de eo dicitur: *Homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, et homo iste justus, et timoratus, exspectans consolationem Israel, et Spiritus sanctus erat in eo.* Et responsum accepérat a Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum; et cum introducerent puerum Jesam parentes ejus, ut facerent secundam consuetudinem legis pro eo, et ipse accepit eum in manib[us] suis, et benedixit Deum, et dixit: *Nunc dimittis, Domine, servum tuum secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum; lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel (Luc. ii).* Au-

## LECTIONES.

<sup>2</sup> *Aliquando est in Amel. Ponimus pro aliquo modo, quod edidit Feuard. et habent ceteri.*

<sup>3</sup> *Tria., et quod de se verbum dicit ansculta.*

disti senem veterosum Spiritu Dei plenum, audi quid dicatur de Anna vetula, quæ erat ex officio prophetissa, ex genere præclara,<sup>1</sup> ex tribu et familia David nobilissima. Primum corpore ac mente virgo, deinde cum conjugi honesta, comitatu conjugis non longeva, duodecies septies viduitatis annositate longissima, templi incola, jejuniis austera, obsecratio-nibus opulenta, servitute Dei diebus ac noctibus occupata, nomine Anna.<sup>2</sup> Namque et ipsa per Spiritum Dei loqui probatur, cum de illa dicitur: Et hæc superveniens confitebatur Domino, et loquebatur de Iesu omnibus qui exspectabant redemtionem Israël (*Luc. ii.*). Audi post hæc cœcum, cui cum de se dixerit iste Deus: Tu credis in Filium Dei? respondit ille, et dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Jesus: Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo, Domine. Et procidens adoravit eum (*Joan. ix.*). Crede quoque Marthæ, quæ dum de resurrectione fratris dubitaret, de Filio Dei dubitare non potuit. Cui cum Jesus diceret: Ego sum resurrectio, et vita, qui credit in me, etiam si<sup>3</sup> mortuus fuerit, vivet, et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum (*Joan. xi.*). Atque illam continuo interrogans, cum subiecisset: Credis hoc? illa respondit: Utique, Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti. Sed quid per longa rapior, et me<sup>4</sup> in diversa dispergo, dum te singularum testimonio personarum convictum superare contendo? Transgrediar singulariter ad stipulatas testium cautions. Quia et sufficit tantos de talibus tanta et talia dixisse; licet ego non explicaverim omnes talium et tantorum innumeros et innumerabiliter existentes veridicos testes, qui tanto nobiliores sunt, et illustres, ut sint et terræ incolati felices, et coeli habitatione sublimes. Verum audi generale plebis lux testimonium, audi universalem gentis lux<sup>5</sup> consensum, cum dicitur: Multi ergo ex Judæis qui venerant ad Mariam, et viderant quæ fecit Jesus, crediderunt in eum (*Joan. xi.*). Item dum appropinquaret iam ad descensum montis Oliveti, cœperunt omnes turbæ descendentium gaudentes laudare Dominum voce magna super omnes quas viderant virtutes, dicentes: Benedictus<sup>6</sup> qui venit in nomine Domini. Pax in celo, et gloria in excelsis (*Luc. xii.*). Ecce vivorum te convictum testimonii, adhuc mortuorum attestatione convincam. Sic namque de tempore mortis ejus dicitur: Cum emisisset spiritum, ecce monumenta aperta sunt, et multa corpora san-

## VARIANTES

<sup>1</sup> Ex tribu familie notissima, Tol. et Amel.<sup>2</sup> Quæ et ipsa, Tol. et Amel. qui pro loqui probatur habet: loquens prophetat.<sup>3</sup> Mortuus fuit edebat Feu-ard. Nostri vero omn. habent mortuus fuerit.<sup>4</sup> In diversa edimus ex nost. omn. In universa scribit Feu-ard.<sup>5</sup> Consensum habent nost. Cod. omn. Concessum edidit Feu-ard.<sup>6</sup> Item edimus ex Trin. et Amel., pro ita, quod habet alter Cod. cum Feu-ard.<sup>7</sup> Ambo iudicem Cod. hic scribunt: Qui venit Rex in

A clorum, qui dormierant, surrexerunt (*Matt. xxviij.*). Et exeuntes de monumentis, post resurrectionem ejus venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis. Audisti viventium præconia? Audisti mortuorum attestations? Verum est quia audisti, nec te audisse, imo nosse certe, et nolle credere, poteris pernere. Sed si testimonio viventium ac defunctorum resurgentium attestationi non credis, rogo saltem ut illi cujus usque huc dominio teneris, imperio regeris, instinctu vexaris, cedas, succumbas, obedias, et consitenti Dominum dæmoni credas, de quo dicitur: Occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium jam temporibus multis, et vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis: ut vidit Jesum, procidit ante illum, et exclamavit voce magna, et dixit: Quid mihi et tibi, Iesu, Fili Dei altissimi? O! seero te, ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immundo, ut exiret de homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, et vinciebatur catenis et compedi: us custoditus; et ruptis vinculis agebatur e dæmonio in deserta. Interrogavit autem illum Jesus dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio, quia intraverunt dæmonia multa in eum. Et rogabant illum ne imperaret illis, ut in abyssum irent (*Luc. viii.*). Crede, oro, dæmonio, crede, ut dum credis quod ille fatetur, evadas quod ipse meretur. Dumque confessioni ejus non contradicis, operi contradicas, ut in eo quod credideris sicut ille, desinas operari quod ille. Sicque illius arripiens vocem, reprobes opus. Sic communem confitens factorem, et dominum, servitutis illius excutias jugum. Sic ejus habita confessione, desinas distilleri quod illo dæmonie<sup>8</sup> impellente cogoris pernegare.

## CAPUT IX.

*Angelorum attestatione, rerumque omnium insensibilium obedientia docet Christum Deum, perinde ac hominem esse, ut inde Judæus aperte colligat ipsum cum virginitalia decore matrem suam servare potuisse.*

Hactenus de confinio telluris, de habitatoribus humi, de participibus arvi, de comitatu terreno: ex societate hominum, ex humana cognitione, ex hominum narratione, ex humano eloquio,<sup>9</sup> ex humana conditione testimonium attuli, testem protuli, attestationem intuli, testificationem detuli, propositum firmavi; astipulavi quod dixi, asserui quod intendi, ro'oravi quod injeci,<sup>10</sup> et veritate pleniori firma monstravi, quæ in audience de hac fide certus induxi. Jam nunc multo letus, multo jucundus, multo elatus, multo plaudens, exornem quæ sunt firmata,

## LECTIONES.

nomine, etc.

<sup>8</sup> Rejecimus merito corruptam Feu-ard. lectionem, qui pro impelle, quod retinent nost. Cod. omn. et ant. Editio, habet in sua implente.<sup>9</sup> Ex humana conditione. Non legimus hæc verba in Amel. nec in Trin.<sup>10</sup> Lectionem unius Cod. Trin. non potuimus non cæterorum preferre, atque in medium contextum excipere; sic enim Feu-ard. cum cæteris: *Et veritatem plenioram firmationem monstravi, quæ, etc.* Hoc verbum quæ aliud desiderat ad quod referatur, satis que indicat lectionem esse corruptam.

venustum firma, deoorem solidam, et situm <sup>1</sup> regio-  
nam permutans, postquam terrenorum attestatione  
sufficio, postquam beatorum hominum testificatione  
redundo, postquam dæmonum confessione delector,  
cœlos appetam, cœlestia prescrutabor, <sup>2</sup> in cœle-  
stibus inquiram, cœlorum regiones fide ac mente  
discurrar; ibique inveniens defensores propositio-  
nis meæ, de illa curia cœlestis militie adducam qui  
fidei meæ <sup>3</sup> prerogativa convincant, qui validius  
connectant quæ ego dixeram, qui fortius alligent quæ  
ego proposueram, qui firmius astringant quæ ego in-  
tuleram, qui æternæ pacis soliditate stabiliant quæ  
ego defensionis contentionem narraveram, qui <sup>4</sup> calore  
æternitatis consolidant quæ ego lassitudinis fragilitate  
tardior et <sup>5</sup> lentus astruxeram. Veni, sancte Gabriel,  
et dicio nobis exordium rei hujus, initium miraculi  
istius, principium operis hujusmodi. In effectu enim  
operationis istius primus Virginem tu salutas, prior  
Virgini tu indicas, anterior Virgini tu annuntias, et  
de Dei Verbo in cœlis instructus, in terris Virgini no-  
rum Incarnationis ejus opus insinuas. Missus est,  
<sup>6</sup> inquit (*Luc. 1*), angelus Gabriel a Domino in civita-  
tem Galilææ, <sup>7</sup> cui nomen Nazareth, ad virginem  
desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo  
David, et nomen virginis Maria. Et ingressus ange-  
lus ad eam dixit: Ave, <sup>8</sup> gratia plena, Dominus te-  
cam: benedicta tu inter mulieres, <sup>9</sup> et benedictus  
fructus ventris tui. Quæ cum audisset turbata est in  
sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio.  
Et ait angelus ei: Ne timeas, Maria, invenisti gra-  
tiam apud Dominum: ecce concipies in utero, et  
paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit  
magnus, et Filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi  
Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit  
in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit  
finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo siet  
istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens  
angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te,  
et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod  
nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Item:  
Joseph autem vir ejus cum esset justus, et nollet eam  
traducere, voluit occulite dimittere eam. Hæc autem  
eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit ei in  
sonnis dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere  
Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est,  
de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocalis  
nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum  
suum a peccatis eorum (*Math. 1*). Item: Et pastores

## VARIANTES

<sup>1</sup> Regione, Amel. et Trin.<sup>2</sup> In cœlis uterque.<sup>3</sup> Prerogativa, Ambo iidem.<sup>4</sup> Valore, Trin.<sup>5</sup> Ex unico Trin. Cod. hunc locum emendavimus,  
qui in cœteris et Feu-ard. legitur alio modo: *Et la-*  
*tus astruxeram.* Quid latet hoc loco?<sup>6</sup> Inquit desideratur in omn. MSS. nost.<sup>7</sup> Omnes nostri habent cui. Feu-ard. edid. cujus.<sup>8</sup> Ave Maria edidit Feu-ard., sed Maria non legi-  
sus in illo nostror. Cod.<sup>9</sup> Quæ sequuntur verba desiderantur similiter in  
textis.

A erant in regione eadem vigilantes, et custodiientes  
vigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus  
Domini <sup>10</sup> stetit juxta illos, et claritas Dei circumful-  
sit illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis  
angelus: Nolite timere; ecce enim evangelizo vobis  
gaudium magnum, quod erit omni populo. Quia na-  
tus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Domi-  
nus, in civitate David (*Luc. 1*). Item, ibi loquente  
angelo ad pastores: Et hoc vobis signum: invenie-  
tis infantem pannis involutum et positum in præse-  
pio. Et subito facta est cum angelo multitudo cœle-  
stis militiae, laudantium Deum et dicentium: Gloria  
<sup>11</sup> in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ  
voluntatis. Quid de reliquis testimoniis et obsequiis  
referam angelorum, cum post tentationem humanæ  
patientie accedunt angeli, et ministrant ei vere ut  
Domino conditori (*Math. 14*)? Quid? quod angeli  
resurrectionem ejus primi <sup>12</sup> nuntiant, territisque se-  
pulcri custodibus, non querendum cum mortuis vi-  
ventem fidilibus indicant (*Math. 28*)? Quid?  
quod ascensionem ejus angeli comitantur, et redditum  
ejus ita esse sicut et ascensum angeli attestantur  
(*Act. 1*)? Ecce impleta est terra testibus partis meæ,  
quia et repleta sunt cœlum simul ac terra veritate  
fidei meæ. Ecce partis tue testibus affirmavi quæ  
dixi, ecce testibus partis meæ roboravi quæ testes  
dixerunt partis tue. At proinde tam quos tu as-  
sumperas <sup>13</sup> in adjutorium tue partis, quam quos ego  
protuleram, toti facti sunt mei, quia quod <sup>14</sup> proposui,  
de illorum doctrina didici. Et inde propositionem  
C meam illorum testificatio subsecuta est, unde cogni-  
tio illorum defensionem meam <sup>15</sup> prævenit. Quid ergo  
restat? Esse te sine ullo, et habere te prorsus nul-  
lum; sed esse tibi te male conscientum solum, dum  
fidei meæ sinceritas totos habet in unum, quos tu  
divide nitebaris ab uno. Postquam terrenorum et  
cœlestium attestationi defensioni meæ contulit muni-  
menta, postquam in cœlo et in terra viventia veri-  
tatem meam roborare reperta sunt, postquam et beatitu-  
do terrena et angelica celsitudo unanimiter affir-  
mavit quod me veraciter <sup>16</sup> audientiae tue intulisse  
prævidit, deferam adhuc insensibilium et non intelli-  
gentium elementorum ac rerum tam decentissimæ  
doctrine ac diutissimæ obedientiæ sollicitum appa-  
ratum, ut in comparatione <sup>17</sup> communiter hæc sen-  
tiant ut homo; tu autem aut dissentias ut animal,  
aut nec sentias ut lapis. Sicque illa sibi tuam ratio-  
nem extorqueant, ut cum tu illorum obsequium non  
LECTIONES.

<sup>10</sup> Feu-ard. edidit: *Stetit juxta illos in ueste fulgenti,*  
sed hæc ultima verba in nullo nostr. Cod. legimus.<sup>11</sup> Trin., in altissimis.<sup>12</sup> Nuntiant habent nost. omnes cum antiqua Edi-  
tione. Solus Feu-ard., pronuntiant.<sup>13</sup> In adjutorium tue partis. Hæc verba desideran-  
tur in omn. nostris MSS.<sup>14</sup> Omnes nostri cum antiqua Editione consentiunt  
in verbo proposui, pro quo Feu-ard. habet posui.<sup>15</sup> Omnes nostri Cod., ante prævenit.<sup>16</sup> Audientia tua, omnes nost.<sup>17</sup> Communis pro communiter legitur in Tol. et Amel.  
et habet ant. Editi.

<sup>1</sup> impetres, insensibilitatem tibi merito feras. Confessionem enim <sup>2</sup> illa suis motibus quasi vocibus clamant. Tu autem dum vocibus veritatem repellis, jam quasi nec motibus sentis. <sup>3</sup> Vide ergo primum stellam novae nativitatis exordio, novo processionis apparatu prolatam (*Math. i.*), exsuperare candore caelos, vincere fulgoribus confines siderum choros, adire ultimas summo lumine terras, <sup>4</sup> per ignota loca vagos praetereire devotissimos reges, hospitium demonstrare nascentis, et toto nisu ostendere, quod solus iste adorandus sit Deus, cui ducatu suo adorantes subdidit reges. <sup>5</sup> Vide in primitivis operis ejus insignie miraculum : liquorem aquae vertit in vinum (*Joan. ii.*). Perspicie quomodo colorem versat, saporem trahit, odorem reddit, virtutem mutat. Et cum non sit omnino quod fuit, non tamen est aliunde quam unde fuit. Si enim aquam quereras, jam non est; si vinum intendas, dicitur ubi exortum est, quia diffusa aqua non est. Quid ergo? Quia nec accessit vinum, nec recessit aqua, nisi quia alterum factum est aliud, ut esset ex alio aliud; non successionis vice, sed immutacionis origine; nec rationis expositione, sed admiracionis obtentu. Vide panes et pisciculos (*Joan. vi.*), cum per sua nequeant, per eorum a quibus sumpti sunt ora loquentes. Et <sup>6</sup> cum non possint virtutem dicere quam sentiunt, <sup>7</sup> tamen potentialius <sup>8</sup> exprimunt magnitudinem qua concrescunt. Etenim extra pastum et saturitatem tot millium, <sup>9</sup> quaternum fracta ter ductum complevit numerum cophinorum, quae intacta unum completere non poterant cophinum. Vide nemus sicutine tam cursim oblitum esse quod fuit, quam raptim amisisse etiam et quod vixit; nec sustinere <sup>10</sup> senio virorem amittere, nisi et virentem vitam quantocius amisisse (*Math. xxi.*). Vide mare

## VARIANTES

<sup>1</sup> *Impetres omnes nost. Ex quibus Amelianus ita prosequitur : Hi sensibilitate merito corruas.*

<sup>2</sup> *Illa ex nost. omn., non illam, ut Feu-ard.*

<sup>3</sup> Variantem lectionem Cod. Trin. et Ameliani hie exhibebimus : *Vide ergo primum stellam novae nativitatis novo processionis apparatu pranuntiam.*

<sup>4</sup> Amel. scribit : *Per ignotam viam magos praetereire, etc.* Eamdemque lectionem retinet ant. Edit. sepius laudata, nisi quod *devotissimi regibus* in dandi casu habet, atque cum reliqua oratione connectit, *hospitium demonstrare, etc.*, quod valde nobis placet.

<sup>5</sup> In hujus periodi sententia convenienti omn. libri, cum Editi, tum MSS., non ita in verbis. Sic enim Amel. Codex : *Vide in primitivo operis ejus insignem liquorem, qui de aqua fit vinum, quomodo colorem versat, etc.* Alter Codex Tolet. : *Vide primitivi operis ejus insignia, liquorenque aquae, de qua fit vinum, quomodo colorem versat, etc.*

<sup>6</sup> *Quae non possunt, omn. nost.*

<sup>7</sup> *Tamen deest in nost.*

<sup>8</sup> Amel. et Tol. habent : *Exprimere magnitudine, quod crescent.* Non placet; quod si in textu edito legimus *magnitudine pro magnitudinem*, quod etiam Trinit. Cod. praeselectors, nihil amplius optandum esset.

<sup>9</sup> *Per quaternum fracta edebat Feu-ard.* Nos exclusimus per otiosum quidem, atque in omnib. nost. desideratum.

<sup>10</sup> *Ubi Feu-ard. habet senio cum ceteris Cod., scribit Amelianus sed mox.*

<sup>11</sup> *Quia deest in MSS. nost., et certe non videtur ne-*

**A** (*Math. xiv.*), eujus unda si verteretur in linguam, utique quod murmurat promeret : sed quia proloqui nescit, quod dicere nequit, se feci se convincit.<sup>11</sup> Quia dum vestigium sustinet Dominantis, obruit famulantis; labens sub corpore famuli, saxeum sub pondere Domini; ad unum imperium duas deferens servitudes, quando et sub Conditoris planta robuste durescit,<sup>12</sup> et ad nutum huic obsequentem sustinet, quem sustinere trepidum recusavit? Vide id ipsum rursum mare, quod cum suis motibus intumesceret, et feroces sonitus in Charybdium molestias fragore spumoso collideret, naviculamque superbo tergo resiliens fatigaret, quomodo ad jubentis imperium tam raptim <sup>13</sup> lenititudinem sumpsit, ut nautae admirantes simul et incolae dicant : *Quis iste est, quia venti et mare obedient ei* (*Math. viii.*)? Item ipsius ponti considera indigenas, quomodo quasi notissima discipulorum vota refugiunt, ac sese capi denegant in capturam, et ad voluntatem Opificis ita rete coacervatum adimplent, ut in abstrahendo se, oneris tedium trahentibus flant (*Luc. v.*). Vide langnorum diversitates per <sup>14</sup> creticos fervorem retinere non posse recursus (*Luc. iv.*), sed ad presentiam Salvatoris ingens languentium linquere corpus. Vide sepultos atque sepulera inter se ita sepeliendi rescindere sordus, ut aeternos hospites ad momenta citatim monumenta refellant (*Math. xxvii.*) : veluti si videas <sup>15</sup> paventia restituere susceplos, quasi tenuissent coactos, quos violenter suscepserant servaturos. Vide diem tenebrarum ad lactum togam deponere lucis, et inviso conatu tam raptim adquisuisse quod sorduit, quam cursim amisisse quod luxit. Vide solem ad hoc prorsus amisisse quod ex gaudio claruit, ut pallenti lumine <sup>16</sup> induceret ex morore quod luxit : quod cum soluta

## LECTIONES.

cessarium.

<sup>11</sup> Non potuimus lectionem unius Ameliani non admittere, vulgata Feu-ard. pretermissa, quam sequuntur reliqui Codices, in quibus legitur : *Et adiutum obsequentem sustinet, etc.*

<sup>12</sup> *Lenititudinem pro lentitudinem reposuimus ex omnibus nostris. Quae sequuntur non iidem veris in illis reperimus ; sic enim Amel. Cod. Ut naviculam [naviculae, Trin.] admirantes incolae dicant.*

<sup>13</sup> Lectionem Cod. Ameliani secuti sumus, cui consentit antiqua Editio a Feu-ard. laudata. Quamvis enim *ethicos recursus* (quod edidit Feu-ard. et habent ceteri Codices) retineri posset propter hujus nominis febris satis notam, quam nunc medici *hecticam*, antiqui vero *ethicam*, dixerunt, quasi *habituellem*, tamen altera lectio melior nobis visa est, quae sancti doctoris sententiam aptius explicat. *Creticos* siquidem (quod pro *criticos* scribabant medio aeo Latini) *recursus* interpretari possumus momentum illud ad quod, cum febris per gradus pervenerit, crisis seu judicium de illa fit : illud vero est, quod ait sanctus Hildefonsus non expectasse languores, sed continuo ad Salvatoris presentiam agrorum corpora deseruisse. *Creticos* enim dies vocant medici, et scribit sanctus Isidorus, lib. iv *Etymolog.*, cap. 9, et quibus credo ex judicio infirmitatis illud nomen impositum est, quod quasi judicent hominem, et sententia sua aut puniant, aut liberent.

<sup>14</sup> *Trin., Pallentia.*

<sup>15</sup> *Indiceret, Trin.*

luminosi federis fibula, fulvam<sup>1</sup> repellens claritatis insolubilis pallam, se in illius diei angulo horroris annexum<sup>2</sup> diploide congregavit. Vide arva suæ soliditatis stabilitatem renuentia,<sup>3</sup> quatinus tremore et patulas, et ignotas<sup>4</sup> lapsa sunt in ruinas; nec Siculæ telluris exemplo subrui per momenta, sed unius tantum diei mutatione vexari, quoniam illam receptus sic terrarum spiritus vexat, hanc vero gloria Crucifixi conturbat. Vide saxa ponderis duritiam fugientia, quo scissurarum penetrata solvuntur, duin resolutioni deritia cedit, et soliditas<sup>5</sup> dissolutioni succumbit: attestantia cuius sit potentie, quem in se continuo recipient sepeliendum, quando<sup>6</sup> scissuris se confessionis sic honorant trementia jam defunctionis.

## CAPUT X.

*Concludit Mariam toto incarnationis mysterio virginem permansisse.*

Animadverte jam nunc, et lapideum pectus vel exempla lapidum<sup>7</sup> scindant; et vide quia haec omnia non aliud suis motibus, suis immutationibus, suis contibus profitentur, quam quod tu solus, aut ut incertam diffiteri conaris, aut pro certo perfidus diffiteris. Non est ex hac veritate pro certo quod dubites, non est quod haeres, non est quod impingas, non est ubi offendas, non est ubi oberves, non est ubi sis acceps, non est ubi<sup>8</sup> nutans, non est ubi titubans, non ubi trepidans, non ubi<sup>9</sup> ambigens, non ubi dubitas, non ubi incertus, non ubi animo claudieans, non est ubi sis fide labens. Omnia vera sunt, omnia justa sunt, omnia sancta sunt, omnia sacra sunt, omnia indubitate sunt, omnia fidelia sunt, omnia fixa, omnia stabilita sunt, omnia confirmata in secula seculi, facta in veritate et æquitate, quæ de his sacrae litteræ cecinerunt, quæ sacrae pagine allocutæ sunt, quæ sacri apices annotarunt, quæ lex sacratissima promulgavit, quæ sacra testamenta precipiunt, quæ libri<sup>10</sup> sacratissimi continent, quæ sacra jussa decerent, quæ ecclesia jura constituant, quæ celo et terra transcende sua æternitate non transeunt, quæ transmutib[us] etiam elementis transire nequeunt, de-

## VARIANTES

<sup>1</sup> Repellens habet Trin. et Am. cum vet. Editione. Feu-ard. edidit refellens.

<sup>2</sup> Diploides, Am. cum antiq. Edit.

<sup>3</sup> Quali tremore, Amel. et Trin.

<sup>4</sup> Lapsa sunt, ex Amel. et Trin. Alter cum Feu-ard., lapsare.

<sup>5</sup> Nostri ommes scribunt: dissipationi succumbit. Feu-ard., dissolutioni succubuit. Sed verbum in præterito retinere non potuimus, cum cedit superius sit in praesenti.

Nost. omn., fixuris.

<sup>6</sup> Pro scindant scribunt nostri cum Edit. vet. fin- dant.

<sup>7</sup> Aut incertus, Am. et Trin.

<sup>8</sup> Nostros, Feu-ard., contra omn. nost.

<sup>9</sup> Ambigens, Trin. et Amel.

<sup>10</sup> Sacratisim, quod edimus ex omnibus nostris, latet etiam antiq. Editio. Solus Feu-ard. scribit al- fusi.

<sup>11</sup> Deletis, Trin. et Amel.

<sup>12</sup> Virtute, iidem.

<sup>13</sup> Affectus edebat Feu-ard., nostri vero omn., ut

A nec omnia impleantur. Devictis hostibus, effusis aduersis, extintis temulis, attritis inimicis, prostratis insultantibus,<sup>14</sup> dejectis invidis, omnibusque potentie divinae<sup>15</sup> virtutis contradicentibus expugnatis, pio desiderio querulus, bono<sup>16</sup> appetitu avidus, tuta esurie anhelus, grata delectatione promptissimus, quo potuero, quo valuerò, quo quiverò, quo suffecero, intendam, nitar, exequar, coner in hoc sacramento desigere visum, in hac admiratione virtutum oculos<sup>17</sup> imprimere hebetantes, in hoc arcano secreti avidum<sup>18</sup> ingerere sensum, ad hoc celestis glorie lumen dirigere caligantis aciem visionis. Sed qualiter presumam? quomodo aggrediar? quo<sup>19</sup> nisu properem? quali conatu impetam? pollutus labiis, immundus ore, impurus lingua, squalens verbis, corde pravus, mente iniquus, factis impius, ut de virginitatis gloria corruptionis disserat, de incorruptionis laude immunditia<sup>20</sup> tractet, de pudore impudoratus enuntiet,<sup>21</sup> de verecundia bono inverecundus enaret? At nunc quia, ut salver, ut munder, ut justificer, ut sanctificer, venit ad humana Deus,<sup>22</sup> ad extrema coelestia convenerunt, ad infirma fortia descenderunt, temporalibus æternam<sup>23</sup> copulata sunt,<sup>24</sup> imbecillibus robusta conserta sunt, servilibus dominica copulata sunt; plenus beata fide, salvandus indulgentia copiosa, justificandus pietate multa, vivificandus miseratione divina, expiandus ab omni iniquitate<sup>25</sup> patrata, de festis gaudiorum angelii, de laetitia iucunditatis ejus, de redemptione mea, de salute mea, de vita mea loquar angelo, sciscitabor angelum, interrogabo angelum, assabor angelum. Dicito mihi, res amica Deo, et cunctis contemplatione vicinior, effare in creaturis res anterior, enarra creaturam res potentior,<sup>26</sup> exordire creatura post firmatum casus nescia, magnifica in claritate tua, magna in conditione tua, potens in ordine tuo, excellens in natura tua, perennis in æternitate tua. Non tua te gloria minuo, non magnum extenuo, non æternam attero, non<sup>27</sup> sublimi detrahbo, non potentiori resulto, quia nec de tua stabilitate, sed de tua loquor conditione. Fide provocor, amore impellor, admiratione delector, gaudio ketor,<sup>28</sup> miserantis gratia prævenior,

## LECTIONES.

edimus, appetitu.

<sup>14</sup> Pro imprimere, quod habent nost. cum antiq. D edit., unus. Feu-ard. edit. imponere.

<sup>15</sup> Infigere scribit Tol. Cod. et consonat vetus Editio.

<sup>16</sup> Pro risu, quod corrupte Feu-ard. edidit. scribendum erat risu, vel silentibus Codicibus. Sed habent omn. nost. et antiq. Editio.

<sup>17</sup> Tentet legitur in Amel., sed mendose.

<sup>18</sup> Trin. Cod. de verecunda homo inverecunda: charret? Lectio non contentanda.

<sup>19</sup> Ad terrena, Trin.

<sup>20</sup> Coniuncta, Trin.

<sup>21</sup> Imbecillibus reponimus ex Cod. Am., reliquis cum Feu-ard. scribentibus imbecillis.

<sup>22</sup> Praeter Trin. Cod. et Amel., habent careri præta, adjectivum otiosum cum nulla iniquitas non prava sit.

<sup>23</sup> Exorire, Amel. et Trin. Cod. cum veteri Editione.

<sup>24</sup> Sublimem, iidem.

<sup>25</sup> Miserationis, Tol.

misericordia gratissima subsequor. Tu sancte Gabriel, angele Domini, qui mitteris ad Virginem Israel, qui venis ad matrem Domini, qui properas ad singulare virgineum decus in mundo, enarra quid incorruptius, quid sincerius, quid integrius, quid solidius inter virginitatem maternam et conditionem angelicam, inter virgineam secunditatem et angelicam formationem, inter incorruptibile virgineum decus et angelorum exordium, inter pudorem prole peractum et angelicæ nobilitatis initium. <sup>3</sup> Virginitas quæ secundatur, et non corruptitur, an angelica celsitudo, cuius pars in ruina prostratur? Decus virgineum, quod et post partum erit, an nobilitas angelica, quæ post gloriam culminis damna sustentat in sociis? Integritas materna, quæ et post partum prolis crescit in gloria Virginis, an conditio angelica quæ detrimentis lœsa est in ejectis? Beatus matris, quæ inde sit generatio Dei, unde nescia corruptionis est sibi, an gloria plebis tuæ, quæ ante soliditatem incurrit diminutionem partis multitudinis suæ? Certum est quod angelorum castra superbia rupit, cuneos eorum præsumptio minoravit, plebes ipsorum pravitas diminuit, turmas ipsorum elatio collisit. Nam virginitatem Domine meæ genita proles nec introiens, nec exiens lœsit, nec concepta, nec nata violavit, nec eam cum hospitaretur in illa tristavit, nec illam cum egrederetur incorruptione privavit. Hanc ergo feminam conceptio virginem reddit. Hanc feminam generatio virginem servat. Hanc feminam generationem virginem habet. Hanc feminam filius ita post existit novit, sicut ante conceptum invenit. Et hujus certe virginitas semper incorrupta, semper integra, semper illæsa, semper inviolata. Nam angelicæ forma nature ante soliditatem fragilis, ante firmamentum labens, ante stabilitatem ruens, ante robur titubans, atque nutans. Hæc femina sanctificationis vas est, æternitas virginitatis est, mater Dei est, sacramentum sancti Spiritus est, templum singulariter unicum factoris sui est; verum angelicæ beata conditio creaturæ post stabilitatem solida in bonis, post soliditatem indeficiens in amore divinitatis post firmamentum perennis in aspectu dominice visionis, post robur inseparabilis a consortio Deitatis. Ex qua lucis immensitate, tu, sancte Gabriel, venis ad <sup>1</sup> Virginem, ex qua beatitudine accurris ad Virginem, ex qua æternitate accedis ad tempora, ex qua gloria properas ad humana; omne tamen quod agis, quod de cœlo venis, quod ad terram venis, quod de Deo venis,

## VARIANTES

<sup>1</sup> Portionem, Amel.<sup>2</sup> Trin. et Amel., corruptibile.<sup>3</sup> Virginitas, omn. nostri. Feu-ard. Virgo.<sup>4</sup> Post fetum, omn. nost.<sup>5</sup> Delictis, Amel.

<sup>6</sup> Edimus hanc periodum ad nostros Cod. omn. mss., qui in media interrogatione consentiunt, nisi quod Toletanus habet: An angelica p'ebis tua, etc. Feu-ard. edebat: . . . . . unde nescia corruptionis est angelice plebis tua, etc. Sed remota particula an, quam omnes nostri retinent, hæc periodus cum superioribus non bene consentit, in quibus comparatio per interrogations instituta est inter

A quod ad Virginem venis, quod Virginem salutas, quod novam generationem annuntias, incarnando Verbo obedis, Deo hominem assumpturo pares, generando ex Virgine servis, Filio ancille in servi formam nascituro famularis; quoniam iste incarnandus Deus factor tuus est, iste homo simul et Deus, creator tuus est, iste Filius ancille sue Dominus tuus est, iste quem in abjectione servi nasciturum annuntias, in gloria Patris dominator tuus est. Et hanc quidem tantæ nativitatis gloriam dignum erat ut angelus nuntiaret. Tantæ dignitatis oraculis opportunum erat ut angelus inserviret. Tam novæ generationis opus conveniebat ut angelus indicaret. Tanti secreta miraculi competebat ut angelus reseraret. Ita quoque <sup>8</sup> decorum fuit ut humilitatem Dei angelica sublimitas enarraret. Ita competens ut in forma servi rerum Dominum nasciturum inserviens dominatio cœlestis ediceret. Ita dignum ut novam generationem novo officio majestatis angelica dignitas intimaret. Ita æquum ut ineffabilis causa miraculi quomodo fieret angelica cognitio demonstraret. Ita justissimum ut novo adventu principem egressuram novo apparatu etiam summa coelestium anteiret. <sup>9</sup> Sic Domini tui nuntius eras, sic directus a Domino tuo veneras, sic missionis dominicæ jussa perficiebas, sic sane ordinationis regiæ decreta complebas, ut vere quod in cœlis de Patris Verbo cognoveras, matre de incarnando Verbo referres, quod de cœlestibus attuleras, terrenis imprimeres, et quomodo se Filius Dei nasci vellet ex homine, simul et <sup>10</sup> auribus induceres hominim, et <sup>11</sup> cordibus inferres humanis. Tu sanctus angelus Gabriel de Verbo didiceras quæ de Verbo referrebas, de Verbo cognoveras quæ cognoscenda de Verbo narrabas, de Verbo hauseras quibus <sup>12</sup> fetandam Virginem propinabas. Ut qualiter ex carne matris incarnari possit, matris animæ nuntiares. Videbunt te cœlestes virtutes nascituri Filii imperiis deseruire, viderunt te elementa illum te habere Dominum quem de tali nuntiabas progenie nascitum; videbunt socii gloriae tuæ se etiam tecum coram isto homine incurvari; viderunt omnes excelsorum et sublimium spirituum potestates hunc in Deo assumptum hominem, et <sup>13</sup> antiquæ servitutis officia novis præconiis intulerunt, quando est acclamatum: Gloria in excelsis isti humili Deo, et in terra pax hominibus, in hunc Deum humilem bona voluntate creditibus (*Luc. 11*). Ipse te misit, ut de se dices Virgini, <sup>14</sup> qui de se quod futurum esset nosse dederat tibi. Ipse

## LECTIONES.

Mariæ virginis et angelorum laudes.

<sup>7</sup> Ad hominem, Trin. et Amel.<sup>8</sup> Decoris, iidem.<sup>9</sup> Sic Dominum tuum nuntiaveras. Amelian.<sup>10</sup> Auditibus, Amel.<sup>11</sup> Arcana, Amel.<sup>12</sup> Ex Tol. Cod. edimus fetandam; reliqui scribunt haurientam.<sup>13</sup> Antiquæ sue virtutis, Amel.<sup>14</sup> Qui de se quod futurum esset, etc. Sequimur in hoc Trin. et Amel. Cod. meliora afferentes, quam Feu-ard.: Ut de se dices Virgini quod esset, quod futurum esset, etc.

**te** **sue** divinitatus scientia perlustravit, qui sue humanitatis nuntium fecit. Ipse te nuntiare se in servi formam nasciturum miserat, quem in gloria tua in unitate paternæ virtutis adorabat. Ipse te palam mundo referre miserat, qui te coelestium secretorum arcanis instruxerat. Bene tecum, quia diminutionis partis tuæ reintegrationem annuntias; bene mihi, quia me in tuam integratem, te nuntiante, receptas. Bene tecum, quia ruinæ partis angelicæ hominibus reparantur; bene mihi, quia in tuæ integratatis parte reducor. Bene tecum, quia in pace tua homines recipis; bene <sup>1</sup> mihi, quia pacem tuam, quam non merebar, accepi. Bene tecum, quia Verbum incarnatum adoras; bene mihi, quia naturæ meæ est <sup>2</sup> illa veritas quam adoras. Bene habemus, <sup>3</sup> sancte angele, unius titulum dominantis Dei; bene Deus noster participem me tibi fieri in æternitatis <sup>4</sup> gloria adnotatione pollicitus est; bene mihi promisit tecum habere cœlum, quia me sicut te se voluit solum habere Deum; bene me sui nominis impressione notavit, quia ex illius corporis sanguine me redemit, quem tu in sede Patris adoras, intueris et veneraris. Pars sortis est tuæ, ut nunquam a statu beatitudinis corrucas, pars sortis meæ est, ut post casum meum reparer in assumptione corporis Dei mei. Pars sortis est tuæ, ut semper cum Deo meo essem; pars sortis est meæ, ut aliquando possem cum Deo meo esse. Pars sortis est tuæ, ut nunquam decidas a nature tuæ beatitudine; pars sortis est meæ, ut <sup>5</sup> reparer aliquando in dignitate naturæ mee. Pars sortis est tuæ, adorare naturam meam in Deo meo; pars sortis est meæ, salvari per hoc, quod natura mea assumpta est in Deo meo. Plane hæc quæ narro, certe quæ aio, prorsus hæc quæ loquor, vere hæc quæ intimo, vera sunt, justa sunt, pia sunt. Et coelesti intelligentia tam plena manebunt, quam plena consistunt. Non enim mea sunt, non ex me sunt, non ex natura mea sunt, non ex conditione mea sunt, non ex merito meo sunt. Ego enim cinis sum, ego terra, ego corruptio, ego putredo, ego esca vermis, ego inexoptatio, sed non evadende consors mortalis hæreditatis; cuius habitatio effossa tellus, cuius requies tumulus, cuius domus sepulcrum, cuius mansio monumentum. Hæc autem a Patre, qui in cœlis est, revelata sunt mihi; <sup>a</sup> a Filio ejus, qui est sapientia ipsius, ista didici; Spiritu sancto hæc docente cognovi. Hæc de cœlo vencrant, quia dona optima sunt. Hæc a Patre luminum descenderunt, quia veritatis in eis transmutatio non

## VARIANTES

<sup>1</sup> Mecum, pro mihi, Amel.<sup>2</sup> Ille veritas, quem adoras, Trin. et Tol.<sup>3</sup> Sancte Michael angele edid. Feu-ard., sed Michael desideratur in nostr. omn. Ex quibus Amel. et Tol. pro unius habent unum.<sup>4</sup> Gloria deest in nost., deinde pro adnotatione scribit Amel. adrogatione.<sup>5</sup> Reparer omn. nost. Cod. Feu., repararer.<sup>6</sup> Tuæ, ex nostris, pro tua, quod est in Feu-ard.<sup>7</sup> Dexterae Deitatis edebat Feu-ard. Nos nostr. Cod. lectionem damus planiorem, quam paulo infra omnes confirmant.<sup>8</sup> Tolet.: Vocibus sibi imperabant alternis.

A est (Jac. 1). Ista enim in terris tecum novi, quæ ipse nosti mecum in cœlis. Ista ego in peregrinationis meæ loco didici, quæ tu in <sup>9</sup> tuæ beatitudinis æternitate jam nosti. Ista ego in fidei meæ veritate percepi, quæ tu in tuæ visionis plenitudine cognovisti. Quia hæc tu mihi de cœlo veniens indicasti, dum officia servitutis agis in enuntiatione assumenda humanitatis. Hæc attestati sunt angeli, dum nativitatem hominis hujus cœlestibus assecuti sunt hymnis, clamantes: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis (Luc. 11). Hæc demonstrarunt angeli, qui devicta hostis tentatione accesserunt, et ministrabant ei (Matth. iv). Hæc ostenderunt angeli, cum admirantes novum hominem sedem concendere <sup>10</sup> Deitatis, <sup>11</sup> vocibus sese impetrabant alternis: Tollite portas principes vestras, et elevamini portæ æternales, et introibit Rex gloriæ (Psal. xxiii). Respondentibusque: Quis est iste rex gloriæ? sequenti responsione firmatum est: Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Hæc David <sup>12</sup> prophetabat, qui ait: <sup>13</sup> Adorate eum, omnes angeli ejus (Psal. xcvi). Hoc idem insinuat cum dicit: Laudate eum, omnes angeli ejus (Psal. cxlviii). Hæc Isaïas insert, cum cherubim et seraphim sese in hujus laudis exultatione commotos inde sinenter clamare testatur: Sanctus, Sanctus, Sanctus (Isai. vi). <sup>14</sup> Ut ter repetitum nomen inseparabilis Trinitatis unum Dominum Deum Sabaoth esse demonstraret. Hæc Joannes astruit, cum animalia cœli narrat requiem non habere dicentia eumdem ipsum cœlestis glorie hymnum (Apoc. iv). Hæc idem assignat cum dicit: Vidi, et audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni, et animalium, et seniorum; et erat numerus eorum millia millium, dicentium vocem magna: Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, et divitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem. Et omnem creaturam, quæ in cœlo, et super terram, et quæ sub terra, et quæ sunt in mari, et quæ <sup>15</sup> in aere, omnes audivi dicentes: Sedenti in throno, et Agno, benedictio, et honor, et gloria, et potestas in secula seculorum. Amen (Apoc. v).

Hæc Paulus in Epistola ad Hebreos copiose pronponit, assumit, confirmat, atque <sup>16</sup> concludit (Coloss. ii). Hæc ipse Homo, <sup>17</sup> in quem plenitudo divinitatis corporaliter inhabitat, complet, cum in adventu suo commoveri virtutes cœlorum dicit, et tunc ip-

## LECTIONES.

<sup>9</sup> Probat, Am. et Trin.<sup>10</sup> Adorent eum, nostr. omni.<sup>11</sup> Paulo aliter habent nostr.: Ut ter repetitum Sanctum Dei inseparabili Trinitate [inseparabilis Trinitas, Trinit.] unum Dominum Deum Sabaoth esse demonstret.<sup>12</sup> Lectionem unius Ameliani cæteris prætulimus, nec temere; namque ubi hic in ære scribit, cæteri cum Feu-ardentio retinent in eo, quod nullius sensus est.<sup>13</sup> Collaudat, Amel. et vetus Editio.<sup>14</sup> In quo, Tolet.

sumi videri in gloria Patris Dei cum angelis suis **A**  
(*Marc.* XIII).

## CAPUT XI.

*S. Mariae matris Dei virginitatem perpetuo servatam angelica attestatione concludit.*

Ecce, non solum quia serviunt angeli Domino meo, filio ancilla sue, Virginis nostræ, cœlesti doctrina didici, verum et eorum officia in experimento servitutis veritus præcognovi. Nam tu ipse, Gabriel, qui diceris fortitudo Dei, venisti ad Virginem, nuntiare hominem nasciturum, qui simul potestates aereas et principem <sup>1</sup> perimeret mundi. Item et angeli pastoribus nuntiant natam, quem tu Virgini prædixeras nasciturum. Hi quoque glorificant ut Deum, de quo tu dixeras : Vocabitur Filius Dei. Ecce hunc adorant angeli, ecce hunc laudent archangeli, ecce hymnum huic intonant angeli, ecce huic ministrant angeli, ecce hunc sedem concendere Deitatis personant angeli, ecce in <sup>2</sup> ejus jubilo sibi requiem dare nesciunt angeli, ecce in servitutis ejus famulatu properantes cognoscimus angelos, et commoveri cœlorum virtutes audivimus. Nam et optimum certe est, tam excuso et æterno Deo, tam et humiliter ac temporaliter ex Virgine nato dignitatis angelicæ gloriam inservire. Quare? quia ille in utraque nativitate incomprehensibiliter et inenarrabiliter natus; angelica autem universitas ejus æternitate est præventa, et ejus operatione formata. De illo dicitur : Generationem ejus quis enarrabit (*Isai.* xxxv)? quod et in salutatione tua haec ipsa miratur Virgo, quæ verbis tuis virginea mater astrictur, et tu ipse scienti eidem Virgini quomodo fieret, generationem annuntias inauditam; de te autem dicitur : Dixit Deus, fiat lux, et facta est naturæ tuae cunctis creaturis et anterior et <sup>3</sup> præstantior lux (*Gen.* 1). Illi dictum est : Filius meus es tu, ego hodie genui te (*Psal.* ii, *Hebr.* i), quod nulli unquam angelorum est dictum; de universitate autem creaturarum dictum est : Omnia subjecisti sub pedibus ejus (*Psal.* viii). Inter quæ omnia et substantia illi subjecta invenitur angelica. De illo dictum est : Sede a dextris meis (*Psal.* cix), quod angelis dictum non est; de his autem, quia facti sunt, dictum est : Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem (*Psal.* cui). De illo dictum est : Sedes tua,

Deus, in seculum seculi (*Psal.* xliv); de his autem dictum est : Quia coram illo astat omnis angelorum exercitus cum tremore. Sed ut virginitatis hujus Dominæ meæ gloriam auctiori triumpho, excellenter praæconio, fidelis conatu, <sup>4</sup> sincerissimo voto, amabilique appetitu, cum cœlestibus jubilem virtutibus, peritius præferam hostibus, aramtibus reportem fratribus, cognituri prædicem ignaris, <sup>5</sup> dilectantibus commendem cognitus, adhuc <sup>6</sup> nosse desideo, scire volo, sapere cupio, certificari exopto, instrui exoro, doceri quero, quid hoc est quod dicitur : Generationem ejus quis enarrabit? Si de nativitate divinitatis ejus hoc dicitur, <sup>7</sup> quod utique verum est, quia propter ista, sed non solum propterea dicitur, ecce ista nativitas Deitatis hoc tantum est, quod de Deo natus est Deus, de lumine Deo lumen Deus, de ore Dei <sup>8</sup> Verbum Deus, de corde Dei sapientia Deus, de substantia Dei virtus Deus, et haec omnia unus Deus. Item si de nativitate humanitatis ejus hoc dictum est, quod certe verum est, quia et propter hoc dictum est, que est generatio Filii hujus, quæ tam admiranter inenarrabilis predicitur, nisi conceptio incorrupta, nisi virginitas pariens, nisi partus virgineus, nisi virginitas materna, nisi nativitas virginalis? Et haec omnia virgines setæ, incorruptæ matris, puerperæ integræ, inviolatae genitricis, illæsæ generantis; in quæ sic diversitas concordavit, sic accidentia cohaeserunt, sic multimoda copulata sunt, sic concurrentia innodata, ut duabus quidem inusitatis rebus, æterna latèn lege discretis, et admirabili unitate connexis, in hac sola virgine <sup>9</sup> una persona fieret. Haec tantumdem vere generatio inenarrabilis solius hujus tantummodo unicæ prolis. Sed <sup>10</sup> ait Virgo : Quomodo flet istud, quia virum non cognosco (*Luc.* i)? Respondeat angelus : Spiritus Domini superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, propterea quod nasceretur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. <sup>11</sup> Extra hoc autem esse virginem usus est; post matrem esse virginem usus non est. Esse incorruptionem feminam usus est; post incorruptionem fieri genitricem usus non est. Habere genitalium pudorem usus est, post genitalium pudorem habere prolem usus non est. Quæ tanto a se æterna nature lege discordant, ut nunquam tunc mater, quando virgo; nunquam tunc

## VARIANTES LECTIONES.

bus nost. Mss.

<sup>11</sup> Ais legimus in Am. et Trin.

<sup>12</sup> Edimus hanc periodum ad lectionem Cod. Ameliani, quam omnibus magis probanda credimus. Quanquam illa Feu-ard. non sit omnino contemnenda : Extra hanc autem matrem esse virginem visa non est; ita vero post matrem esse virginem visa est. Post incorruptionem fieri genitricem visa est; habere genitalium pudorem, habere prolem visa est. Non ita certe lectio Cod. Toletani, sane quæ corrupissima. Lubet hie eam exhibere : Extra hanc matrem esse virginem usus non est, extra hoc autem esse virginem usus est, hoc autem virginem esse virginem usus est, post virginem esse matrem usus est, esse incorruptionem feminam usus est, post incorruptionem fieri genitricem usus est, habere genitalium pudorem usus est, post genitalium pudorem habere prolem usus est.

<sup>1</sup> Vinceret, Amel. et Tolet.

<sup>2</sup> Ejus pro cuius emendavimus ex nost. omn.

<sup>3</sup> Præstantior est ad Cod. mss. omnes. Posterior edebat Feu-ard., non sine mendo.

<sup>4</sup> Ardentem, Amel. et Tolet.

<sup>5</sup> Non potuimus sincerissimo, quod legitimus in Feu-ardentio, retinere : barbarum est, et omnes nost. Cod. scribunt sincerissimo.

<sup>6</sup> Detectansibus, Amel. et Trin. Detectandis Tolet. exhibet.

<sup>7</sup> Nosse te edebat Feu-ard., male. Nos te delevimus, consentientibus in id omn. nost.

<sup>8</sup> Quod et utique. Ita Am. et Trin., qui ita prosequitur. Verum est, quia propterea, sed non solum, etc.

<sup>9</sup> Verum Deus, Trin.

<sup>10</sup> Una persona. Haec verba desiderantur in omni-

virgo, quando mater; nunquam virgo pariat, nunquam mater virginitate clarescat; unum tempus nunquam teneat virginem simul <sup>1</sup> et matrem; una femina nunquam virginitate simul et prole congaudet. Inde talis generatio non in signo singulariter, non in miro mirabiliter, non in promptio inenarrabiliter, non ex certo, quia non est signum, non est mirum, non mirabile, non inenarrabile. Idipsum enim naturale est, usuale est, corruptibile est, mortale est. Interdum turpiter amabile est, interdum honeste odibile est. Interdum juste amandum est, interdum juste est odiendum. In hac autem virgine sic istius Filii Dei inenarrabilis generatio copulavit straque, ut virginem se habeat mater, matrem se habeat virgo; ut <sup>2</sup> virginem matrem habeat proles, ut virginem demiretur puerperam conjux. Integritas quoque conceptioni adhæreat, pudor conceptionem septat, virginitas conceptum claudat. Sicque virginitatem nativitas non scindat, sic pudorem egressio non deturpet, sic generatio integritatem non adimat, sic veritas partus veritatem virgineam non extinguat. Tam mirabiliter ergo concordantibus in una persona simul et tempore diversitatibus rerum, ut hec eadem sit mater, quæ et virgo; ipsa virgo, quæ et mater; nunquam mater, nisi quando et virgo; et postquam mater, nobilior et virgo; acta est haec sola inenarrabilis generatio, quam <sup>3</sup> ideo esse admirabilem existimo, quia non illic rationem aliquam, qua idipsum factum est, quæ revelari nequeat, latere persentio; sed id tantum esse, quia factum est, quod signum est, quod mirum est, quod inauditum est, quod inusitatum est. Quod vere annuntiatione sui inenarrabile esse etiam narrando incognitum non est. Si enim esset quod lateret, et tamen idipsum non aliud quam rationis cognitio esset, posset quidem quilibet rationis capax de eo quedam aut indagatione percipere, aut in sagacitate invenire, aut in adinventione colligere, aut collectione tractare, aut tractatu meditari, aut meditatione definire, aut definitione tenere, aut retentione proferre, aut prolatione firmare. Cum vero nihil horum, nihil tale, nihil ex toto, nihil ex parte in hac re puto vel angelos, vel homines aliter, vel amplius nosse, quam quod ipso didicimus angelo nuntiante, puto nec ipsum angelum aliud recognoscere <sup>4</sup> valuisse, quam quod ipse intulit hominibus nuntiare. In tanto eternum mysterio veritatis præco nec aliud quam quod ipse sapuit, nec plus quam ipse cognovit, potuit nuntiare. Quæ tamen nuntiavit et nobis, atque cum Virgine

## VARIANTES

<sup>1</sup> *Esse et matrem edidit Feu-ard. Nostr. omnes Cod. non habent esse; quare exclusimus.*

<sup>2</sup> *Matrem non habet Feu-ard. sed habent nostr. Cod.*

<sup>3</sup> *Ideo emendavimus ex nostr., quibus consonat vet. Edit., longe melius quam Deo, quod retinere voluit Feu-ardeutius.*

<sup>4</sup> *Valuisse ex nost. Feu-ard. cedebat voluisse.*

<sup>5</sup> *Convincimur et conuinxit legimus in Cod. nostr.*

<sup>6</sup> *Autem scribunt nostri Cod. ubi ergo Feu-ard.*

A audire fecit et nos, quoniam nec aliter, nec alibi, nisi in Virgine, et cum Virgine haec <sup>7</sup> convincimus didicisse. Si ergo illa Virgo, quæ miraculo huic et materia exstitit, et causa plenitudinis fuit, hoc solum ab angelo didicit, quod ad effectum nuptiarum rei sufficere potuit, non plus angelus sapuit quam quod dixit, qui tantum dixit quantum virginem generare fecit, qui tantum dixit quantum conceptionem et partum virginis adimplevit. Tantum <sup>8</sup> ergo virgo de conceptu et parturitione sua angelo salutante didicit, quantum me angelus evidens rei hujus instruxit. Si autem plus sapuit angelus quam quod dixit, quomodo <sup>9</sup> ad impletitudinem partus sui sufficit Virginis quod mecum audivit? Mecum dico audivit, quia post hoc nuntium partus sui, et redempcionis meæ, non B vum de hac re nihil audivit. Si plus sapuit angelus quam quod dixit, quomodo ad impletitudinem facti res dicta plenius abundavit? Si plus sapuit angelus quam quod dixit, quomodo semiplena dicta rem coelestium virtutum, et omnium elementorum attestacione completam <sup>10</sup> impleri veracius potuerunt? Restat ergo tantum me de hoc miraculo nosse, quantum angelus dixit. Quia quantum sapuit, tantum dixit, et tantum dixit quantum virginem generare fecit. Quantum autem virginem generare fecit, tantum fides mea cum virgine ipsa cognovit. Itaque si juxta assumptionem humanitatis haec <sup>11</sup> inenarrabilis generatio hujus prolis idipsum est, quod solius matris ejus incorruptionis singularis, bene angelice creationi, quæ labi potuit, præfero integratam genitricis hujus, quæ nascentis exitu interrumpi non potuit. Bene angelice conditioni, quæ diminui potuit, præfero virgineum decus, quod nati processu impediri non potuit. Bene angelica formationi, quæ minorari potuit, præfero pudorem, quem exordium geniti frustrare non potuit. Bene angelorum statui, qui quasi potuit, præfero virginitatem mirabiliter singularis, quam nativitas Filii Dei tanto auctam gloria incorruptionis reliquit, quanto singularis, ac singulariter glorificans assumptam ex illa carnem, ad sedem Patris inverxit, et omnem beatitudinem angelicæ formæ ejus dominio subjugavit. In cuius excelsæ solemnitatis ascensione, cum Deus assumptionem carnem paterna collocavit in sede, ita natura hominis angelicam reperit pacem, ita consortium recepit angelicum, ita honorem se adeptam esse intelligit angelorum, <sup>12</sup> ita abjectionem, qua contemptibilis erat, angelorum prætulit potestati, ut haec natura, in qua Abraham angelum adora-

## LECTIONES.

<sup>7</sup> *Ad plenitudinem.... sufficit. Nostri Cod., qui et paulo inferius similiter pro impletitudinem reportunt plenitudinem.*

<sup>8</sup> *Implere, nostri.*

<sup>9</sup> *Inenarrabilis restitutus loco incorruptibilis, quod est in Feu-ard. Habent enim nost. Cod. et consonat vetus Edit.*

<sup>10</sup> *Cod. Trin. et Amel. aliter habent: Ita abjectionem qua contemptibilis erat, angelicarum perdidit protestatum, ut haec natura, quæ Abraham in angelum adoravit, etc.*

vit (*Gen. xviii*), et tamen adorari prohibita non est, in Joanne adorare volens (*Apoc. xxii*), sit prohibita adorare. Quoniam in Abraham, licet ex ejus semine in Christo diceretur assuenda, nondum tamen in eodem Christo erat assumpta. Ideo <sup>1</sup> hanc angelii contemptibilem Judicabant, quia et condemnatio Conditoris exseerabilem hanc habebat, et assumptio ejus nondum illam suæ unioni coniunxerat. In Joanne autem ideo hanc naturam se adorare angelii prohibent, quoniam hanc super se in sede majestatis adorant. Ideo hanc in subditis non contemnunt, quia eam supra se in sede gloriae contemplantur. Ideo hanc in subjectis contemptibilem non despiciunt, quia eam unitam divinæ personæ cognoscunt. Et ideo honorabiliorum se incorruptionem mate: nœ virginitatis habent, quia fructum ejus super se et admirantes aspiciunt, et humiliter intuentur: grati laudant, servientes adorant, perennes jubilant, subjecti <sup>2</sup> concelebrant, beati vident, <sup>3</sup> acclives adorant. Nihil puto ratiocinandum latuit, nihil perscrutandum evasit, nihil perinquirendum erupit, nihil investigandum excessit, nihil incognitum abiit. Quia <sup>4</sup> quantum audivimus rei, tantum impletum scimus; quantum audivimus rei, tantum effectum pensamus; <sup>5</sup> quantum audivimus, tanto hanc generationem fieri cognovimus; quanto <sup>6</sup> audivimus de angelo, tantum ad redemptionem nostram virginali completum esse videamus ex utero. Verum ut rei hujus magnitudo sese super angelos evidenter attollat, ut solius matris <sup>7</sup> hujus incorruptio, in singulari signo singulariter prædicanda, angelorum excelsa transcendat, ut incorruptæ Virginis istius filii inenarrabilis generatio <sup>8</sup> nobilior nobilitatem angelorum exsuperet, postremo, ut nil illi simile <sup>9</sup> habens in omni rerum formatione angelice pulchritudinis admirante magnitudine constet, considera mecum naturam rerum, contemplare formam creaturarum, intuere conditiones diversas <sup>10</sup> conditionis universæ, et dicente Joanne crede: Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil (*Joan. i*). Vide omnia quæ condidit, omnia quæ fecit, omnia quæ visibilia et invisibilia <sup>11</sup> esse, et subsistere cernis, reverentiam ejus habere servitutis, et abjectionem subditæ tenere conditionis. Nam si de terris, et mari, atque omnibus quæ in eis sunt, proponatur; audiant <sup>12</sup> cuncta ipsius Domini vocem cum juris vigore sui universa homini conferentem: Dominum nisi piscibus maris, et volatilibus cœli, et universis animantibus quæ moventur super terram (*Gen. i*).

## VARIANTES

<sup>1</sup> *Hanc non legimus in nostris.*<sup>2</sup> *Concelebrant, omn. nostr. Feu-ard., celebrant.*<sup>3</sup> *Acclives legimus in Trin. et Tolet.*<sup>4</sup> *Tolet. : Quantam audivimus rem, tantam impletam scimus.*<sup>5</sup> *Quantum, Trin. et Tol.*<sup>6</sup> *Audivimus, omn. nost. Cod. Feu-ard., audi-mus.*<sup>7</sup> *Elimus ex nostr. omn. hujus pro ejus, quod ha-let Feu-ard.*<sup>8</sup> *Nobilior desideratur in Am. et Trin.*<sup>9</sup> *Nec habens legitur in eisdem.*<sup>10</sup> *Tolet. : Et conditorem universarum dicente*

**A** Si de ipso homine, audiat et ipse: Reges terre, servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore (*Psal. ii*). Si de cœlis, et quæ in eis sunt, audiant: Laudaverunt te, Domine, angeli tui, et hymnum dixerunt, dum <sup>13</sup> perficeres fabricam copli (*Psal. cxlviii*). Item: Beatus cuius est Deus <sup>14</sup> adjutor ejus; spes ejus in eo, qui fecit cœlum, et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt (*Psal. cxlv*). Si de angelis, audiant quæ Paulus commemorat: Cum introduceret primogenitum in orbem terrarum, sic dici: Adorent eum omnes angelii ejus (*Hebr. i*). Verum ut cuncta quasi suæ conditionis compede, ita generali dicto restringam, audiant universa sub uno *Magnus es, Domine, et præclarus virtute, insuperabilis*. Tibi serviet omnis creatura tua, quia dixisti, et facta sunt; misisti Spiritum tuum, et creata sunt (*Judith. xvi*). Si igitur cuncta quæ facta sunt serviant, restat nihil esse Factori æquale, quia quod Domino servit, Domini est. Si autem est quod non <sup>15</sup> serviat, nihil est, quia factum non est. Proinde aut erit aliquid, et factum, et serviens est; aut erit nihil, quia quod non serviat factum non est. Si ergo, ut verum est, cuncta quæ facta sunt servitutis debitum retinent, æternæ potestatis illius <sup>16</sup> Dominum non amittunt. Tanto autem omnia majestati ejus cedunt, quanto et excellentiæ prorsus adæquari non potuerunt. Atque ideo, cum cuncta serviant illi, solius incorruptionis hujus fructus in universitate dominantis assumitur. Cum omnia obsequantur, iusti tamen generationi dominator admiscetur. Cum universa famulentur, huic soli integritati Dominus adunatur. Quia ex omnibus creaturis hoc tantum in persona sit cum Domino unum, hoc in unitate Creatoris assumptum, hoc in unione dominantis innexum; usque adeo, ut assumens Deus dicatur Filius hominis, et assumptus homo dicatur Filius Dei. Non confusis naturarum proprietatibus, sed ita in personæ unitate connexis, ut ex assumpto et assumpte nullum discedat ab alio, nullum dirimatur ab altero. Quia enim assumens Deus dicatur Filius hominis, evangelista exprimit dicens: Cum venerit Filius hominis in maiestate sua cum angelis suis (*Math. xxv*). Quæ majestas, vel angelorum ejus, <sup>17</sup> non alteri poterunt deberi naturæ, quam Filii Dei, qui vere est omnipotens Deus. Item quia assumptus homo dicatur Filius Dei, alias evangelista assignat Virgini dicens: Propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei (*Lac. i*). Propter quam duarum naturarum proprietatem

## LECTIONES.

## Joanne.

<sup>11</sup> *Esse substituit, Trin. Ei substituit, Amel.*<sup>12</sup> *Cuncta de se ipsius Domini, etc. Ita Tr., qui non habet sui, quod postea occurrit.*<sup>13</sup> *Perficeres, quod edimus, habent omn. Cod. Solus Feu-ard., perficit.*<sup>14</sup> *Deus Jacob edidit Feu-ard., sed Jacob in nullo nostr. Col. reperimus.*<sup>15</sup> *Ubi nos edimus serviat ad Cod. omnes nost., ha-bet Feu-ard. fuit.*<sup>16</sup> *Dominum non amittunt, Trin. et Tol. Dominium non admittunt, antiqu. Eliatio.*<sup>17</sup> *Non alterius potuerunt, Amel.*

in unitate personae connexam, Dei et hominis unius & Christi haec sola homo mater est virgo. Ita in utraque natura unum generans filium, ut idem sit Filius Dei, qui Filius hominis; nec alter sit Filius hominis, quam Filius Dei. Inde generatio haec omni miraculo mirabilior, omni opere potentior, omni signo augustior. Quia cuncta ita transcendit, cunctis ita preponet, excellentiam cunctorum ita exsuperat, ut isti <sup>3</sup> Deo adamante naturae etiam angeli ministrant, huic angeli serviant, <sup>2</sup> hanc angeli adorent, eamque in unitate personae Filii Dei <sup>1</sup> infinitis et indefessis vocibus sine fine collaudent. Unde oro te, sancte angele, per indissecabilem hereditatem fidei nostrae, per tuae aeternitatis statam, per mea redemptio mysterium, per pacem, quam ambo <sup>3</sup> in Christi Jesu corpore perfuiimus, ut des mihi hoc tantumdem nosse de Virgine matre Domini mei quod ipse nosti, hoc credere quod ipse sapis, hoc diligere quod ipse diligis, hoc in Domino frui quod ipse frueris.

## CAPUT XII.

*Convertis sermonem ad beatissimam matrem, atque ad ipsius Filium gloriosum. Item concludit adversus impios intacte virginitatis profanatores.*

At nunc venio ad te, sola Virgo mater Dei, procido coram te, <sup>4</sup> sola opus incarnationis Dei mei; humilior coram te, sola inventa mater Domini mei; rogo te, sola inventa ancilla Filii tui, ut obtineas deleri facta peccati mei, ut jubeas mundari me ab iniquitate operis mei, ut facias me diligere gloriam <sup>5</sup> virtutis tuae, ut reveles mibi multitudinem dulcedinis Filii tui, ut des mihi loqui et defendere <sup>6</sup> fidei sinceritatem Filii tui; concedas etiam mihi adquerere Deus et tibi, servire Filio tuo et tibi, famulari <sup>7</sup> Domino tuo et tibi; illi sicut factori meo, tibi sicut genitrici factoris mei; illi sicut Domino virtutum, tibi sicut ancille Domini omnium; illi sicut Deo, tibi sicut matri Dei; illi sicut redemptori meo, tibi sicut operi redemptio mea. Quod enim in mea redemptione est operatus, in tuae personae veritate <sup>8</sup> formavit. Quod mibi redemptor factus est, ubi filius fuit. Quod premium emptionis mea factus est, ex carne tua ejus incarnatione fuit. <sup>9</sup> In quo vulnera mea sanavit, ex carne tua vulnerandum corpus exhibuit; in quo mortem meam tolleret, a mor-

## VARIANTES

<sup>1</sup> Feu-ard. edebat quam qui sit Filius Dei. Sed nos D quod in omnibus nostris reperimus retinemus.

<sup>2</sup> Sequimur scripturam Amel. et Toletani, quam preferendam putavimus lectioni Feu-ard. : *Deo adiuvante*; nec minus Cod. Trin. : *Deo adiuvante*.

<sup>3</sup> Non scribunt Am. et Tol., qui paulo post procamque habent etiamque.

<sup>4</sup> *In infinitis temporibus* edidit Feu-ard., sed *temporibus in nullo nostrorum* Cod. legimus.

<sup>5</sup> *In Christi Domini corpore*, Amel.

<sup>6</sup> *Sola edamus ad omn. Cod. ms.*, quibus consentit antiquior Editio. Unus Feu-ard. habet solum.

<sup>7</sup> *Virginitatis loco virtutis* scribunt Am. et Trin. non antiqu. Editio.

<sup>8</sup> *Tuam sinceritatem, et filii tui*, Amel.

<sup>9</sup> *Domino tuo*, omn. nost. *Tuo non legitur in Feu-ard.*

<sup>10</sup> *Firmarit*, Amel. et Tolet. et vetus Edit.

tuditis tare corpore mortale corpus attraxit; in quo mea deterret peccata, <sup>11</sup> quod tulit a te corpus, sine peccato suscepit; naturam meam, quam in se praecessore mihi ad regnum suum in gloria paternae sedis super angelos collocavit, ex veritate corporis cui humiliatus assumpsit. Ideo ego servus tuus, <sup>12</sup> quia tuus filius Dominus meus. Ideo tu domina mea, quia tu ancilla <sup>13</sup> Domini mei. Ideo ego servus ancille Domini mei, quia tu domina mea facta es mater Domini tui. Ideo ego factus servus tuus, quia tu facta es mater factoris mei. Oro te, oro te, sancta Virgo, ut de illo Spiritu habeam Jesum, de quo tu genuisti Jesum. Per illum Spiritum accipiat anima mea Jesum, per quem concepit caro tua eundem Jesum. Ab illo Spiritu sit mibi nosse Jesum, a quo tibi adfuit nosse habere et parturiee Jesum. In illo Spiritu <sup>14</sup> humilis excelsa loquar de Jesu, in quo conditeris esse te ancillam Domini, optans fieri tibi secundum verbum angelii. In illo spiritu diligam Jesum, in quo tu hunc adoras ut dominum, <sup>15</sup> intueris ut filium. Tam vere timeam hunc Jesum, quam vere ideam cum esset Deus, erat subditus parentibus suis (*Luc. 11. 51*).

O salutis ac <sup>16</sup> vita mea simul et glorie praeceps, grandi opulentia magnum! O libertatis meae <sup>17</sup> nobilissimum titulum! O ingenitatis meae preciosa conditio! O nobilitatis meae astupratio insolubiliter gloriosa, et gloriae aeternitatem confecta! Ut ego male deceptus, ad reparationem meam fieri concupisi: am servus matris Domini mei, ut ego olim in primo plasto <sup>18</sup> angelica communione sejunctus, ancilla et matris factoris mei merear <sup>19</sup> confici servus, ut ego idoneum epus in manibus summi Dei, impetrare in servitute puerperae Virginis jugi, <sup>20</sup> in servitutis devotione ligari. Hoc mibi presta, Jesu, Deus Fili hominis; hoc mibi tribue, Domine rerum, et fili ancillæ; hoc mibi largire, humilius Deus in homine; hoc mibi concede, homo in Deum gloriose, ut hoc credam de parte Virginis, quod de incarnatione tua impletat fidem meam; hoc loquar de materna virginitate, quod os meum impletat <sup>21</sup> de tua laude; hoc diligam de matre tua, quod tu in me compreas <sup>22</sup> de dilectione tua; ita serviam matri tare, ut ex hoc ipse me probes servisse tibi; ita haec dominetur <sup>23</sup> mibi, ut

## LECTIONES.

<sup>11</sup> *In qua*, Feu-ard. *In quo*, nost. omn.

<sup>12</sup> *Quæ sustulit*, omn. nost.

<sup>13</sup> *Quia tibi filius Dominus*, Amel.

<sup>14</sup> *Fili tui*, idem.

<sup>15</sup> *Humilia et excela*, Am. et Tol. cum antiq. Editione.

<sup>16</sup> *Tueris*, ambo iidem

<sup>17</sup> *Tutelæ pro vita* scribit Am.

<sup>18</sup> *Nobilissimus titulus*, idem.

<sup>19</sup> *Angelica a communione*, Am. *Seductus pro sejuncta*, Tol.

<sup>20</sup> *Confici*, omn. nost.

<sup>21</sup> *In servitutis devotione*. *Reposuimus in ex nos omnibus*.

<sup>22</sup> *De tua addidinus similiter ex nostris*.

<sup>23</sup> *De in omn. nostris docest.*

<sup>24</sup> *Mei*, omn. nost.

ex hoc <sup>1</sup> neverim me placuisse tibi ; ita dominium ejus me teneat in seculum, ut tu sis meus Dominus in eternum. <sup>2</sup> Quam prompte servus hujus domine effici concupisco, quam fideliter servitutis hujus jugo delector, quam plene famulari hujus imperii opto, quam ardenter ab illius dominio dissociari non quero, quam avide ab ipsis famulatu nusquam abstrahi cupio ; tam vere illi serviendi facultatem inveniam, tam vere <sup>3</sup> illi serviens gratiam illius merear, tam vere in <sup>4</sup> servitutem ejus sine <sup>5</sup> interruptione detinear, <sup>6</sup> tam vere nusquam ab eternitatis ipsis jucunditate disjungar. Et hoc quidem quare queram, neverint qui diligunt Deum, vident qui sunt fideles <sup>7</sup> in Deo, intuentur qui adhaerent Domino, non ignorant qui non ignorantur a Domino. Sed vos audite, amuli ; vos attendite, infidi ; vos cognoscite, dissidio pleni ; vos percipite, sapientes mundi, qui ex hoc stulti estis apud sapientiam Dei, ex quo sapientes estis apud <sup>8</sup> stultitiam vestram, qui ex hoc imbecilles estis apud fortitudinem Dei, ex quo fortes estis apud aegritudinem vestram, qui ex hoc contemptibiles estis apud excellentiam Dei, ex quo sublimes estis apud miseriam vestram. Qui ex hoc destructi estis, quasi non sitis ab eo qui semper est, ex quo apud vosmetipos esse putatis, cum nihil verius sit apud eum cui hoc est esse quod semper est. Qui sperauit hanc esse virginem semper ; qui non vuln. is esse factorem meum filium ejus, qui non vultis hanc esse matrem factoris mei ; qui contemnitis ut haec sola hunc habeat filium, quem omnis habet creatura Dominum unum ; qui non glorificatis hunc Deum filium ejus, Dominum mecum non glorificatis ut Deum ; qui beatam non dicitis quam Spiritus sanctus ab omnibus nationibus beatam dicendam edixit (*Luc. 1*) ; qui gloriari incorruptionis corruptela affectis carnis ; qui non resertis honorem Dominicæ matri, ut referatis honorem Deo filio ejus ; qui non glorificatis ut Deum, quem natum ex ea vidistis ut hominem ; qui confunditis diversitates naturarum filii ipsius ; qui scinditis personam filii ejus ; qui <sup>9</sup> inficitis divinitatem filii illius ; qui veram carnem veramque passionem spernitis filii ejus ; qui bunc nec cecidisse in mortem <sup>10</sup> per hominem, nec a mortuis resurrexisse creditis per Deum. Quod enim cecidit, ex homine fuit ; quod surrexit, ex Deo. Nam ego

## VARIANTES

## LECTIONES.

<sup>1</sup> Noverim pro neverint edimus ex nost. contra Feu-ard.

<sup>2</sup> Quam desiderantur, quam prompte, etc., Amel.

<sup>3</sup> Illi et illius desiderantur in Am. et Tr.

<sup>4</sup> Servitute, Amel. et Trin.

<sup>5</sup> Interruptione, quod edimus, exhibent Am. et Tol. Nec enim placet interemptione Feu-ardentii, minus vero incorruptione Cod. Trin.

<sup>6</sup> Ante haec verba repeatit Feu-ard. Editio superiora illa : Tam vere serviens gratiam merear, quod nos in omnib. nost. Cod. desideramus.

<sup>7</sup> In Deum, Am.

<sup>8</sup> Stultiloquium nostrum scribit Am. cum antiqua Editione.

<sup>9</sup> Inficitis, reposnimus ex Amel., pro afficitis, quod est in reliquis.

A opto ; ut dominetur mihi filius ipsius, huic serviro decreno ; ut comprober servire Deo, dominium matris ejus super me in testimonium quero ; ut sim devotus servus filii <sup>11</sup> generati, <sup>12</sup> servus fieri appeto genitricis. Sic namque refertur ad Dominum, quod <sup>13</sup> servitur ancillæ ; sic redundat ad filium, quod impenditur matri ; sic alternat in nutrito, quod adhibetur in nutrice ; sic transit honor in regem, qui defertur in famulatum reginæ. Gratulatus ego cum angelis, letatus cum vocibus angelorum, exsultans cum angelorum hymnis, gaudens cum angelorum praconis, gratulor cum domina mea, lætor cum matre Domini sui, exsulto cum ancilla filii sui, gaudeo cum ea, quæ facta est mater factoris sui, jucundor cum ea, ex qua factum est caro Verbum Dei.

B Quia credidi cum ea quod de se novit mecum et ipsa, quia cognovi quod sit <sup>14</sup> virgo genitrix, quia sapio quod sit generans virgo, quia scio quod virginitatem illius conceptio non amisit, quia didici quod partum ejus immobilis virginitas antecessit, quia teneo quod partus ejus virginitas gloriam <sup>15</sup> non reliquit. Qui tam vere haec omnia amo, quam vere illa pro me facta esse cognosco. Mecum enim est, quod per ipsam factum est, ut ex eo natura Dei mei se copularet naturæ meæ, ex quo natura mea transiret in Deo meo ; esseique unus Christus, Verbum et caro, Deus et homo, idem factor et factura, idem phasmator et plasma, idem conditor et conditionis forma, idem operator et assumpti operis veritas, idem qui fecit et quod fecerat, idem qui fecerat et quod fecit. Ipse assumptor, ipse assumptus ; <sup>16</sup> et ut expressius quod ipse dat de ipso loquar, ipse omnipotens, pro me autem et pro salute mea ipse exinanitus. Ipse fortis, ipse insirmus. Ipse salus mea, ipse vulneratus est pro me. Ipse sanitas mea, ipse pro me vulneratus. Ipse virtus Dei, ipse pro me humilis Deus. Ipse vivens, ipse mortuus. Ipse vita mortis nescia, <sup>17</sup> ipse mortem sustinens et devincens. Ipse ante mortem mori nescius, ipse post mortem sine dominio mortis. Ipse de coelo veniens, ipse sepulcrum aggrediens. Ipse sepulcrum relinquens, ipse celos repetens. Ipse ad inferna in anima humana descendens, ipse de inferno potestate divina sautorum animas liberans. Ipse in sepulcro jacens ut homo, ipse de sepulcro resurgens ut Deus. Ipse de morte liberans, ipse inter mortuos liber. Et haec omnia idem Christus, atque

## LECTIONES.

<sup>10</sup> Ut hominem scribunt omn. nost.

<sup>11</sup> Præcepto Feu-ard.; percepto omn. Cod. nost.

<sup>12</sup> Generantis, Tol. et Trin.

<sup>13</sup> Servitutem fideliter appeto omn. cum Feu-ard., præter Amel., quem secuti sumus.

<sup>14</sup> Servitur est ex omn. nost. Feu-ard., servit.

<sup>15</sup> Generans virgo genitrix. Ita Feu-ard.; sed generans, eo quod in nostrorum Cod. nullo reperiemus, rejecimus.

<sup>16</sup> Non reliquit, id est, non deseruit, quia partus a virginitate non fuit sejunctus, quam minime hæsit.

<sup>17</sup> Representamus consonam nostror. Cod. lectionem. Feu-ard. hac erat : Hac ut expressius quod ipse dat de ipso loqui, loquasi, etc.

<sup>18</sup> Ipse vita mortem, etc., omn. nost.

**omnia in uno eodemque Christo, pro unione personæ, non pro confusione naturæ. Ideo ego considerans per mortem hujus Filii Dei, per crucem redemptoris mei; sperans per vulnera hujus factoris mei; fiduciam habens, spem veram tenens per sanguinem hujus Christi mei, quia tectis peccatis meis, quia remissis iniquitatibus meis, quia ablatis sceleribus meis, quia ablutiis criminibus meis, quia abolitis malis meis, quia abstensis immunditiis meis, quia so. ut speccatorum meorum vinculis, mundatus a hono Deo, purificatus a misericordie Deo, justificatus a**

A pio judice, sanctificatus a copioso redemptore, miscerat beatis angelis, societ choris angelicis. <sup>3</sup> copulat angelorum gaudiis, jungat festis angelicis; ut sit Deo in me gloria, ut sit Deo a me laus, ut sit Deo a me honor; et mihi sit a Deo venia, et mihi sit a Deo salus, et mihi sit a Deo vita, et mihi sit a Deo exultatio, jugiter, veraciter, indesinenter, evidenter, amodo, ex nunc, ex hoc, abhinc, et in omne tempus, et in totum ævum, et in cuncta semper sacula seculorum. Amen.

*Explicit liber de perpetua Deiparæ virginitate.*

#### VARIANTES LECTIENAS.

<sup>1</sup> Utrumque pro deest in Feu-ard., reperitur in nost. omn.

B <sup>1</sup> Abolitis ex omnib. nost. edimus, pro oblitis, quod erat in Feu-ardent. Editione.

<sup>2</sup> Annumerer, Amel.

## IN DUO SEQUENTIA OPUSCULA

### MONITUM LECTORI.

In hoc dupli opusculo sancto Hildefonso asserendo nihil est, lector benevolē, quod immorenur. Namque et librum de Cognitione Baptismi unum, et de Progressu spiritualis describit alium composuisse commemorat sanctus Julianus; deinde vero sub iisdem titulis, atque eidem sancto doctori attributa reperta fuere in Cod. ms. PP. Dominicanorum Bajocensium; ex quo primus ea in lucem edidit Stephanus Baluzius, quem nos in hac nostra Editione secutus sumus. Nisi forte styli diversitas judicium tuum aliquantulum retardare possit, cuius magnam vim esse fatemur ad doctorum virorum lucubrations recte dijudicandas, verasque et genuinas a spuriis cernendas. Sed id quidquid est difficultatis statim evanescet, ubi ex ipso sancto doctore intellexeris, hec duo opuscula non tam de suo composita atque elaborata, quam ex variis SS. Patrum sententiis collecta fuisse. Non nostris novitatibus, verba sunt ipsius sancti Hildefonsi in fine prefationis primi libelli, « incognita proponentes, sed antiquorum monita, vel intelligentie reserantes, vel memorie annotantes. Ob quoniam rem titulum operis hujus Annotationum de cognitione baptismi decrevimus inserendum. » Jam ergo deinceps mirari desines quod sententiae in eis contentae alium frequenter quam Hildefonsi stylum sapiant.

Interea tamen te monitum volumus ut ne quid de horum librorum pretio detrahendum putas, propterea quod non sint proprio Hildefonsi marte omni ex parte elaborati. Ea enim est sententiarum quibus constant gravitas, atque prestantia, ut ipse cum per se, tum etiam propter eos e quibus excerptæ sunt doctissimos ac venerabiles Ecclesiae Patres, Augustinum, Gregorium, Isidorum, maximo sint in pretio habendæ; non minus tamen testimandæ sint propter collectoris summam auctoritatem. In quo euidem non is tantum pensandus est labor, quem in eis hinc inde colligendis, atque ad unum scopum singulis coordinandis Hildefonsus insumpsit (quamvis neque id leve sit, et ad usum nostrum maxime accommodatum), sed ipsius in primis doctrina suspi-

cienda nobis est, cujus lumine obscuriora Patrum dicta ad nostram intelligentiam reseravit.

Præter hæc autem duo sunt (nec oportet ea silentio præterire) quæ in his libris a sancto doctore omnes edocentur, quæque omnium studiosorum lectorum animis vellemus inserviun. Primum summam diligentiam, assiduanque operam, quam in SS. Patrum scriptis evolvendis, addiscendisque ipse locabat, die noctuque corum studio incuinbens, ut ex eis tanquam et purissimis fontibus sanam doctrinam hauriret, quam fideli populo propinaret, profanas vocum novitatem juxta Apostoli monitum caute vitaturus. Deinde demissam illam animi humilitatem, qua vir sanctissimus et ingenio et eruditione plurimum valens, quasi nihil se scire putasset, ad auscultandam Patrum antiquiorum doctrinam aures adeo vacuas accommodaverit, ut eorum potius dicta atque sententias, quam proprias nobis tradere voluerit. Neque id ipsum dissimulaverit, sed ingenuo (ut virum sanctissimum et integerrimum decebat) et apertissimis verbis professus sit, atque proprio quasi digito nobis indicaverit quoniam illa sint quæ ab aliis acceperit, ne sucum legentibus facere, vel debita illos laude quodammodo defraudare, velle videatur.

D Quare rem nos gratissinam vel ipsi Hildefonsi facturos speramus, qui, doctorum virorum exemplum secuti, non dubitavimus ad fontes ab ipso sancto doctore indicatos recurrere, et ea qua potuimus diligenter, non parvo certe labore, singula pene loca inquirere, ac designare, e quibus quaque sententia excerpta est. Ex quo labore satis improbo id simul commodi percepimus, ut corruptas lectiones si quas offendimus, restituerimus, et lacunas aliquot, quas in Baluzianæ Editione reperimus, et si non magni momenti, repletas exhibeamus. Curavimus etiam ne verborum sanctæ Scriptura citationes ad oram desiderarentur; nihil tandem non egimus quo hæc Editio absolutissima appareret vel in summa, qua laboramus, omnium Cod. u. ss. inopia.